¶ Itē feniculū viride maſticet ⁊ ſuccū cōtineat in ore: ipſumq̄ꝫ feniculū ĩ ore ꝯtineat. ¶ Itē ad dētes q reuma patiunꝛ. Lucernā aretinā nouā ĩplebis ſale ⁊ claudes eius foramina ⁊ tādiu in carbonibus viuis obruta ſit q̄diu ipſa lucerna ſimilis ſit carboni viuo. ac poſtmodū cū refriguerit mittes in mortario folij.℥.ii. ⁊ cū ipſo ſale teres ⁊ frigabis dentes q̄ hora faciē laueris ⁊ facit dētes cādidos ⁊ dolorem tollit. ¶ Itē thus ⁊ bacche lauri in vino deferueāt ⁊ in ore ſubſtineat q̄diu potuerit. ¶ Itēq̄ꝫ ad dolorē dentium. Styptitie.℥.ij. ſtrutij.j. teres ⁊ vteris. ¶ Itē millefolij radix ꝯmaſticeꝛ de pte qua dolet. ¶ Itēq̄ꝫ oleū cū aceto tepidū ĩ ore ꝯtineaꝛ. ¶ Urtice itē minoris radix ꝯmaſticeꝛ. Et itē ad hec malue radix decocta ĩ ore cōtineaꝛ. ¶ Itēq̄ꝫ betonice ſuccū cū vino veteri ⁊ aceto ad tertias decoques ⁊ poſtea in ore ꝯtineat. ¶ Itē ad dētē cauū lūbricos exuſtos ipſumq̄ꝫ cinerē ĩpone. Et ad hec itē gūmi hedere dēti ĩpones. ¶ Itēq̄ꝫ ad hec plātaginis radix ꝯmaſticeꝛ. Et itē ad hec Malue radix decocta in ore ꝯtineaꝛ. Ad hec itē brittonica herba ꝯmaſticeꝛ. ¶ Itē corticē roboris coques cū aqua ⁊ ſup quatriduū gargarizet mire facit. ¶ Itē dētifrigiū ꝫ puluerē de lana ſuccida ĩ lintheo ligabis ⁊ pones ĩ teſtā ⁊ in carbonibꝰ vſtulabis ⁊ duas de ipſo puluere ptes ⁊ ſalis cōmunis tertiā partē teres ⁊ de ipſo puluere fricabis dētes ⁊ gingiuas donec ſanus ſit ⁊ nō doleat dēs. ¶ Itē enula ab ieiunis ꝯmāducata dētes ꝯfirmat. ¶ Itē alliū cauis dētibus ĩponitur ⁊ aqua in qua coctū eſt gargarizaꝛ. Acetū itē ſi in ore ꝯtineaꝛ gingiuas ſtringit ⁊ dētes cōtinet. Et itē caprifici radicē ex vino decoques ⁊ ipſum vinū in ore ꝯtinebis ipſamq̄ꝫ tritā maxille ĩpones aduerſus dolorē ipſa aūt radix p meſſes incidiꝛ ⁊ hec mittit ſuccū aptiſſimū dolori. ¶ Itē nucleꝰ galle ꝯmāducatꝰ dolori medeꝛ. ¶ Itēq̄ꝫ tebas pīgues ĩ aſtulas cō cides ⁊ in aceto decoques idq̄ꝫ acetū in ore ꝯtinebis. ¶ Itē aqua in qua lētiſcus decoctus eſt mobiles dētes ꝯfirmat. ¶ Itē ruborū ĩ q̄bus mora naſcunꝛ pampini decoquunꝛ ĩ auſtero vino ⁊ ꝯmāducanꝛ aduerſus mobilitatē. ¶ Idēq̄ꝫ vinū in ore tenebis. ¶ Iſopo itē vtiliter collues. ¶ Itē canis dētibus cinis murini ſimi indiꝛ. ¶ Itēq̄ꝫ vermes terreni decocti ĩ oleo ⁊ triti ĩfundunꝛ auricule ab ea pte qua dētes doleant. Eorūq̄ꝫ vermiū cinis exeſis dētibus iniectis ⁊ ceteris cera obturatis pfacile eo cadere cogit. idēq̄ꝫ cinis ĩditus dolētibus iuuat. ¶ Itē ꝯburi debēt harenule que ĩ cornibꝰ coclearū inueniunꝛ in teſta ⁊ cauis dētibus indite cōtinuo finiūt dolorē. ¶ Idēq̄ꝫ pſtat fimus coruri in lana alligatus inuiolati aūt pſtanꝛ dētes ſi quotidie mane ieiunus ſub līgua habebis granū ſalis donec liqueſcat. ¶ Itē in dolore ceruini cornus farina colluūtur vel fricanꝛ. ¶ Itēq̄ꝫ albi bulbi cinis dētibꝰ fritiū ē oſſaq̄ꝫ ex angulis ſuis ꝯbuſta eūdē vſum pſtat. ¶ Caprino itē lacte vtiliter colluunꝛ. ¶ Itē ebuli radicē ex aceto decoque ⁊ diu in ore tene. ¶ Itēq̄ꝫ folia de buxo ⁊ aneti ramuſculos teres in ollā mitte cū aceto ad tertias ꝺcoque ⁊ tepefactū ĩ ore tene.

Tebas .i. ligna dini

¶ Ad dentes laxatos. CAP. II.

SI ex humore capitis ſe laxauerit dētes ſi dolor fuerit infectus piretri radicē ꝯmaſticet ⁊ in ore teneat omne decurrit reuma. Eſt quidē radix vehemēs ſed poſtea dolorē ſedat ⁊ refrigerat. ¶ Itē puluis ad reuma dentium. Salis. ℥.ij. teres cum melle optimo diutius ⁊ colliges in ollam rudem quam gypſatam mittes in ignem vbi vero in modum ignis canduerit tolles eam, ⁊ cum refrigerauerit iterum teres ⁊ facies puluerem ⁊ vteris. ¶ Item ad confirmandos dentes. Marrubij faſciculos.iij. cum aque ſextarijs tribus decoques in olla noua ad tertias deinde gargarizabis tepidū mane ⁊ meridie p dies.vij. Poſt hec ſemen herbe galliculans quam alij dentalē alij ſymphoniacam dicunt mittes ſuper carbones ⁊ per trinectorium totum fumum ore trahens omnes gingiuas exſiccat ⁊ humores malos perducit ⁊ dentes firmat. ¶ Itē myrthy faſciculum.i. cunotam rubi faſciculum.i. ⁊ corticis mali granati in aceto ꝺcoq̄s ⁊ inde os ſepiꝰ collues. ¶ Itē ariſtologiā tūſam in puluerē dentibus laxatis iniicies confirmat. ¶ Itē galle ſinace. ℥.i. corticis maligranati croci deñ.iii. in puluerē ſubtilē rediges ⁊ gingiuis ĩpones. ¶ Itē puleii ſine fumo lib.i. yris. ℥.vi. ſalis amōiaci.iii. oſa

tunſa

tunſa ⁊ cribrata ꝓ dẽtifricio habebis. ¶ Itẽ dentifriciũ ad hec folij ʒ.j.ro.j.maſticis aphre.j.oſtree teſtas numero.iiij.punicis.j.ʒ.panis cõbuſti.j. cyperi.j. Omnia in puluerẽ redacta cõmiſces ⁊ ex aceto dẽtes fricabis. ¶ Itẽ puluis ad humorẽ dẽtiũ. Farina de ſigala.ij.manus plenas tolles ac ſalis tantũdẽ.facies paſtã ⁊ coques ita vt in puluerẽ poſſis redigere. ¶ Itẽ coſti ſemiunc.folij ſemiunc. capitis ſardene maioris cõbuſti ſemiunc.auripigmẽti ſemiunc. Hec omnia in puluerẽ redacta ⁊ cõmixta vteris ſic tamẽ vt prius de vino veteri os laues. ¶ Itẽ ad dẽtifriciũ ad os quo omni tpe vteris lucernas ſabinẽſes tres ĩplebis ſale quarum foramina claudes de cõpaſſõ hordeaceo ⁊ mittes ſub carbones ĩ arula.ita vt triduo iugiter carbonibus ſint opte. Quas deinde tollẽs in puluerẽ molliſſimũ rediges:addes folij ſemiunc.coſti.j.maſticis.j.oĩa trita ⁊ cribrata in vino miſcebis ⁊ quotidie vteris. ¶ Itẽ ad dẽtiũ dolorẽ. Quiquefoliũ in quo fraga naſcũtur:elue aqua marina.idq; in ore ↄtinebis. Quidã vero malũt cinere eius dẽtes fricare. ¶ Itẽ violã ſiccã in vino coques.idq; calidũ in ore cõtinebis. ¶ Itẽq; vinũ piper ⁊ miſcebis ⁊ tepidum in ore tenebis. In dẽtiu; aũt dolore qui ipſe quoq; ĩ maximis tormẽtis dinumerari poteſt. Uinũ ex toto arcẽdum aceto quoq; abſtinendum.deinde in modico melle vtẽdum.ac nemo dentes irritet.

¶ Ad dẽtium molariũ dolorẽ. CAP. III.

Proſerpine herbã quã alij camomilla; dicũt ſuccus in aurẽ ĩſtillatus ſedat dolorẽ. ¶ Itẽ agreſtis lapatij qḋ alij rumicẽ dicũt radix cõmãducat:⁊ ſuccus ĩn ore ↄtinetur:ſtatimq; dolor tollit:ac cũ aceti cyathis.v.cocta in ore aceto tento idẽ facit. ¶ Itẽ acopiũ calefactoriũ ⁊ valde ſummũ.facit enĩ ad eas valitudines que diuturne ſint ad paraliticos ſtraticos ⁊ opiſtoconicos ſed ⁊ neruorũ cõtractiones ⁊ artericos ⁊ ad omnẽ dolorẽ totius corpis ⁊ turpitudinẽ valde ꝓdeſt. Recipit herbe brathee.ʒ.xlviij.ſanſuci.ʒ.cclxxxviij.rute ſeminis.xxiiij. Cardamomi.ʒ.xxiij. Sqninantij.ʒ.xij. Cacrij.xxiiij.baccharum lauri.xxiiij.piretri.xxiiij.cyperi.xxiiij. meliloti.ʒ.iij. Hec oĩa tundes ⁊ cribrabis groſſo cribello ⁊ ĩfundes ĩ vino ſummo ꝑ dies tres.quarta die vo mittes oleũ ſauinũ vel ſpanũ:⁊ oĩa ſupraſcripta coques cũ oleo diligẽter molli igne.poſtea exprimes oĩa:⁊ in oleum mittes cerã.⁊ oĩa reliqua in oleum mitti debent.poſtea tolles myrre ⁊ ſtactis.ʒ.xvj.cere rubee lib.iij.terebynthine.ʒ.vj.calami aromatici.iij.coſti.iij.ſtyriacis.iii.ro.iii.piperis albi.iii.piperis cõmunis.iii.ſinapis.ʒ.xlviii.ſpicanardi ʒ.iii.folii.i.afronitri.iii.opo balſami.vi.adipis vituli marini.vi.medulle ceruine.vi.gutte amoniace.iii.olei nardini lib.j.olei ſauini veteris.ij.olei cyprini pondo.iij.olei herini.iij.olei laurini.iiij.olei ſtyracini libr.j. Iſta ſequentia aromatica tundes ⁊ cribrabis.⁊ cõmiſcebis cum omnibus ſupraſcriptis ⁊ cum opus fuerit vteris:⁊ ſuper maxillã ĩpoſita ſanat dẽtes molares.

Stactis. i. ſtoracis liquide.

¶ Item apocum ad ſcyaticos ⁊ dẽtes molares impoſitum. Galbani ʒ.j.opoponacis.ij.euforbij.ij.ſmyrne.ij.adarcis.ij.ſagapeni.ij.caſtorij.ij.cere.iiii.anxungie veteris.ij.piperis.j.oĩa contundes ⁊ cribrabis. Poſtea vero miſcebis cum galbano ⁊ opoponace ⁊ anxũgia ⁊ vteris oĩa ſupraſcripta ſed ⁊ dẽtes molares ſanat.

Smyrne i. myrre.

¶ Ad dentes vitioſos aut cauos. CAP. IIII.

Gallas alexãdrinas.xx.folij quãtum ſufficit aduerſus gallas maſticis grana.l.croci parum.piperis grana.lx.balauſtij cauliculos.v.floris roſe quãtum ſufficit. Hec oĩa in puluerẽ redacta habebis ⁊ vteris. ¶ Item ad dentes cauos. Titimalli ⁊ caprifici lac cum galbano reſolutum ⁊ cauis dẽtibus inditũ tollit dolorẽ ita vt cerã ſuperponas ne lingua aduratur.

¶ Dẽtifritiũ ad dẽtes cãdidos faciẽdos. CAP. V

Punice combuſto ⁊ trito ad dẽtifritiu; vteris. ¶ Itemq; conchilii marini teſtam ſale plenã cõbures ⁊ vteris. Denteſq; inde fricabis. ¶ Sepie item teſtam tunſam cribrabis.⁊ candidi erunt:⁊ cum vino candido piperato dentes lauabis.

¶ Ad dentes molares vel omnes vt ſint incorrupti. CAP. VI.

Iris albe butrionis ſucci cotilas.ij.⁊ mori radicũ radices coques ad tertias ⁊ ĩ ore tenebis ⁊ dilues ꝑ dies ſepte; ⁊ nũq; dolebũt dẽtes:⁊ incorrupti ꝑſtant.

¶ Ad dẽtionẽ quãdo ĩfantes dẽtiũt. CAP. VII.

Lacte caprino ⁊ leporis cerebro gĩgiue perfricant. ¶ Itẽq; delphini dẽtium cinis cũ melle gingiuis illinitur. ¶ Cerebrũ pecudis in cibo datur. ¶ Itẽq; folijs hedere prune ad ſufficiẽdum ſupponuntur. ¶ Et itẽ butyrum cũ melle tẽperabis ⁊ gingiuas inunges. ¶ Itẽ dẽtes equi qui primo cadũt alligati facilẽ dẽtionẽ preſtãt.ac melius ſi terrã non attingant. ¶ Et itẽ canicule dẽte gingiue tãguntur:eũdẽq; effectũ habẽt dentes delphini.

¶ De egritudinib⁹ pectoris ⁊ pulmõis. Trac. IX.

¶ Ad pectoris dolorem. CAP. I.

Plurimis morbis obnoxiũ eſt pect⁹ ⁊ impatiẽtiſſimũ frigoris:qḋ cũ vexatu; eſt: nõ vno genere ſeuit ſed ĩfert tuſſim ↄpuruletas excreatões ſanguis: vomit⁹:ptyſim:ſinãcẽ: qb⁹ ſingulis queãdmodũ placeat ſuccurri explicari conabimur. ¶ Naſturtiũ itaq; ex lacte caprino decoctũ ⁊ ĩ ſorbitõe datũ patẽter pectoris dolorẽ emẽdat. Idẽ quoq; preſtat ſi in aqua coquatur ⁊ ipſa aq̃ bibat. ¶ Itẽq; ruta ex vĩo coqtur ⁊ ſi ipm vinũ bibit tollit dolorẽ. ¶ Canapi item ſemẽ

cõmãducatum ſimiliter facit.ℭ Item ſi quis circa
cor vel pect⁹ dolet puleiũ ieiunus mãducet.ℭ Itẽ
ad pectoris ſiue thoracis dolorẽ ſi plenũ fuerit fleg
mate vel pfriguerit aut tuſſis fuerit cũ craſſo fleg-
mate coques in olla noua fenogreci heminã ĩ aque
ſextarijs.iij. Iſopi ſalſiculũ.j. puleij feniculi origa-
ni ⁊ roriſmarini tantundẽ donec ſuccus ad vnũ ſex
tariũ redigat̃:exinde potionẽ ieiunus ⁊ ſero alteraꝫ
bibes.hocq̃ꝫ p triduũ facies:ſed ⁊ in balneo dũ ſu-
das accipies potionẽ pectus quoq̃ꝫ tunde vẽditiaꝫ
calaſtico cõfricabis. Res enim eſt optima ⁊ ſtoma-
chum curat.

ℭ Ad Tuſſim. CAP. II.

Lactuce ſeminis deñ.xx.panacis radicũ
xxxvj.caſtorij.xvj.myrre.xij.croci. viij.
opij.ij.cũ melle cocta colliges dabiſq̃ꝫ
in modum nucis auellana.ℭ Item pa
nacis radicis deñ.xxxvj.lactuce ſemis.xxx.rute.xiiij
myrre.xiiij. lini ſeminis.xvj.opij.x.croci.vj.caſtorij.
vj. Hec oĩa cum melle cocta colliges ⁊ dabis ĩ mo
dũ nucis auellane ⁊ ſanus erit.ℭ Itẽ fenogreci fa
rina cũ aqua ↄcocta donec amaritudinẽ amittat ad-
iecto melle iterũ coques ⁊ deuorata tantũ tuſſim ſe-
dat ⁊ pectoris vlcera expurgat.ℭ Itẽq̃ꝫ ſepe apbre
cum ſinapi p triduum date tuſſim ſedãt.ℭ Iteꝫ ſa
uina herba tunſa in puluerẽ ⁊ cribrata cũ viola ru-
ſtica ⁊ bacche lauri ſicce pari portione trite admi
xto pipere equali pte addito melle ſiue mulſa: ⁊ ſic
potui data mox ſanat.ℭ Itẽ vitellum oui durũ ex
paſſo tritum adiectis calide aque cyathis.ij. anteq̃ꝫ
dormitũ vadis:bibas nõ ſolum eadẽ qua nocte tuſ
ſim ſentiebas ſed ⁊ p ſonatus vitio moleſtiſſimo ca-
rebis.ℭ Itẽq̃ꝫ enule puluere lingula plena melle
mixto ⁊ cocto vnã mane ⁊ alterã ſero accipies'. hoc
tuſſim hulſis medet̃ ⁊ arterias lenit.ℭ Itẽ feno-
grecum infundes in aqua fontana ⁊ alia die cũ ipſa
aqua coques in vaſe nouo ⁊ quãtuꝫ ſucci cocti exie
rit tantum mellis adiungis ſiculi nõ deſpumati.ac
rurſum leniter coques ad carbones agitãdo ſemp
faſciculo apuleij ãnotini ſine fumo ĩ virga ligato: ⁊
vt ſcias quãdo ſit coctum guttã in marmore pones
que ſi cito ſe ſtrinxerit leuabis exinde ⁊ mittes ali-
quãtum piperis triti vel pro voluntate accipiẽtiuꝫ
vel tẽporis qualitate. Cũ vero accipe volueris ca-
lefacies leniter ad cineres.⁊ accipias mane coclear
vnum.⁊ cum dormitũ vadas alteꝝ.⁊ noli cum ĩpe
tu vorare vt paulatim deſcẽdat: ⁊ inferiora leniat.
ℭ Itẽ fenogreci friti in patella noua leniter . lẽtis
alexãdrine ſilr frixe equas portiones. Fabe quoq̃ꝫ
ſolide ſimilit̃ frixe grana.x.teres diligẽter Puleiũ
ẽt ſine fumo maſtici grana ⁊ coſtum.pipis albi gra-
na.xxij.in melle miſcebis ⁊ dabis ſero ⁊ mane co-
clearia ſingula.ℭ Itẽ ad tuſſim ⁊ ſi ſanguinẽ emit-
tit. Enule pulueris.ʒ.ij.feniculi ſeminis.ij. Puleij
ſine fumo.ij. Piperis.j. Hec oĩa tundes ⁊ cribra-
bis:mittesq̃ꝫ in mel deſpumatũ ⁊ accipies mane co-
clear.j.⁊ ſero.j.ℭ Item ad tuſſim. Thuris maſculi
ʒ.j.maſtice.j.reſine frixe melioriſq̃ꝫ cyathum. Hec
oĩa in puluerẽ redacta miſcebis melle deſpumato
poneſq̃ꝫ in focũ ⁊ agitabis ⁊ hic dabis tuſſiẽti mane
coclearia.iij.⁊ ſero.iij.⁊ nõ cenet.ℭ Itẽ ſedat̃ tuſ-
ſis. Faba fricta deſecta eaq̃ꝫ faba ĩ cibo vel ex melle
ſumpta tuſſicis expurulẽtis excreationib⁹ medetur.
ℭ Itẽ bacchas lauri.xxj.ac piperis ſemiunc̃. teres
diligẽter ⁊ adiecto melle deſpumato ſufficienti da-
bis mane coclear plenũ.⁊ ſero aliud.ℭ Itẽ aduer-
ſus diuturnã tuſſim vinũ phalernũ vtiliter ieiunus
ſorbebis.ℭ Itẽq̃ꝫ ficus aride coquãtur cũ iſopo ⁊
aqua ⁊ ex ea aqua tuſſiẽtibus ꝓpinat̃.ℭ Sũt item
mẽbrane in vẽtribus gallinaceoꝝ que ꝓijciunt̃ qua
rũ cinis potioni ĩſperſus diſtillatiões ⁊ pectoris hu
midas tuſſes ſiccat.ℭ Itẽq̃ꝫ teſtas crudas tritas cũ
aqua tepida cyathos tres ſorbeat.ℭ Itẽ ſeuũ oui-
num decoctũ cũ vino auſtero tuſſi medet̃.ℭ Item
q̃ꝫ oua cocta ⁊ ĩn melle trita in cibo dant̃.ℭ Oua
itẽ cruda pmixta cũ pari modo paſſi bibunt̃.ℭ Sã
daraca nihilomin⁹ cũ reſina therebynthina ouo ſor-
bili ĩdita edit̃.ℭ Pulmo itẽ ceruinus cũ gula ſua
areſactus in furno.deinde tũſus ex melle quotidie
edit̃.ℭ Itẽ elecmadiũ ad tuſſim exptum . Lini ſe-
minis purgati ac frixi.ʒ.iij.cymini purgati ⁊ frixi.ij.
nuclei frixi.iiij.vue paſſe ĩnucleate.iiij.piperis ſemi
unc̃.mellis optimi quãtũ ſufficiat dabiſq̃ꝫ mane ⁊ ſe
ro coclearia ſingula.ℭ Itẽ elegmadiũ. ℞.lini ſemi
nis purgati ⁊ frixi.ʒ.x.ſu.ʒ.j. yris deñ. vj. nucleos
numero.xx.mellis optimi deſpumati quãtum ſuffi-
ciat.dabiſq̃ꝫ ĩ modũ auellane ſub lingua tenẽdum ⁊
paulatim cũ reſolutũ fuerit:glutiat.ℭ Itẽ elegma-
diũ ad tuſſim.ad epar.ad ſplenẽ.⁊ ad tẽſurã venaꝝ.
℞. Cardamomi fricti heminã.j.piperis albi .ʒ.vj.li
ſelij gallici.vj.mellis attici lib.j.rute viridis faſcicu-
lũ.coqueſq̃ꝫ mel agitãdũ q̃ꝫdiu ferueat bis aut ter ⁊
ↄmiſcebis ſicca.ĩterpoſitoq̃ꝫ die poſtea accipias ma
ne.ʒ.j.⁊ ſero.j.ℭ Itẽ elecmadiũ ad tuſſim. ℞. Iſo
pi.ʒ.j. puleij.j.therebynthine.ij.yris.j.piperis.iij.li
ni ſeminis frixi.iiij. bacchas lauri numero.v. ama-
ras amygdalas.xx.mel qđ ſufficiat.ℭ Itẽ elecma-
diũ ad tuſſim. ℞.petroſilini. Iſopi.yreos . peganij. als pig mi
piperis.nuclei leniter frixi.erui rubei.puleij.maſtici
ana.ʒ.j. mellis deſpumati qđ ſufficit . ℭ Itẽ cata-
putie ad tuſſim ſedãdam. ℞.galbani deñ.tres. ſtyra
cis tres.opij.j.tundes oĩa ſimul ⁊ cribrabis diligẽ-
ter ⁊ facies cataputias.⁊ ĩ nocte accipiat vnã ſiccam i.pillula
ſed nõ cenet ⁊ poſtea non bibet.ℭ Item cataputie
ad tuſſim. ℞.opij.ʒ.j.myrre trogodite.j.ſtyracis ca
lamite.j.galbani.j. Omnia hec in pila tũdes: donec
fiant vt cera.⁊ facies pillulas in modum piſi. Ex qui
bus ternas cũ aqua calida dormitum eunti dabis.
ℭ Item cataputie ad tuſſim. ℞.ſtyracis ⁊ galbani ⁊
opij ana deñ.iij.miſcebiſq̃ꝫ eas ⁊ facies cataputias.
ℭ Item grana piperis maioris dabis ad noctẽ tria
vorãda.℞ Item cataputie que ꝓſunt ad tuſſim hu
midam.

midā. Galbani: ſtyracis: yris: pini ⁊ ilicis. ℥. j. omnia
q; ea trita in puluerē melle bene cocto colliges ⁊ fa-
cies pillulas ad dimidias. dabiſq; ad noctez ternas
vel quaternas. ¶ Itē cataputie ad tuſſim. ℞. pipis
albi grañ. C. papaueris agreſtis ſucci ſemiunč: croci
deñ. ij. ſtyracis duos. caſtorij tres. iuſquiami ſemis
tres: que oīa teres ⁊ cribrabis miſcebiſq; ⁊ addito
melle iteꝝ teres ⁊ facies pillulas in magnitudinē Ci
ceris maioris. dabiſq; ieiuno tres ⁊ ſero ſimilit̄: hoc
experimētatū eſt. ¶ Cataputie itē ad tuſſim ſiccaȝ.
Myrre. ℥. j. piper: caſtoriū: galbanū: opiū equali pō
dere caſtoriū ⁊ piper tundes ⁊ cribrabis. Myrram
leniter tundes ⁊ cedris tūſis admiſcebis. Ubi om-
niū vnitas fuerit formabis pillulas ſcrypuli magni-
tudine. dabiſq; ternas vel quaternas ad noctē aqua
calida glutiēdas. ¶ Itē cataputie ad tuſſim ⁊ anti-
dotū faucium ſummū. Apij ſeminis. ℥. viij. aneti ſe-
minis octo. iuſquiami deñ. v. opij ſpani. ℥. iiij. omnia
colliges cū melle. ¶ Itē ad tuſſim ei qui iā deſpe-
Lomētū. i. farinā. ratus eſt. Lomētum fabe: puleiū: ſine fumo: Iſopū
⁊ petroſilinū equaliter ℥. j. tundes: ſpice indice tātū
dē miſcebis melle deſpumato cū piperis triti gra-
nis. xxv. ex hoc dabis coclearia tria. ¶ Itē hedere
gūmi reſolutū vino ⁊ in ſorbitione ſumptū vetuſtiſ-
ſime tuſſi medetur. ¶ Itēq; ſape ſex cū adipe porci
no pari pondere ⁊ modico ſalis cocta ⁊ potui data
veteres tuſſes ſanat: ⁊ ceruicis dolori pdeſt. ¶ Enu
le item puluis in vino potatus bulſis ⁊ inflationib⁹
⁊ arterijs medet̄. Piperis nihilominus deñ. vj. nu-
clei friti ℥. j. daptyli tres. Iſopi cretici ſex. mellis de
ſpumati hemina. j. marrubij. j. iſopi. j. gīgiberis deñ.
xij. mellis qđ ſufficit. ¶ Itē antidotū ad tuſſim: qđ
magnā habet virtutem. ℞. croci deñ. xv. ſpice nardi
℥. j. cu ſorbij. j. piretri deñ. ij. piperis albi ℥. ij. opij
thebaici. j. iuſquiami albi tres. mellis attici deſpu-
mati quātū ſufficit. Opiū autem cū melle teres. ce-
tera quoq; teres ⁊ tundes ⁊ cribrabis ⁊ cū melle mi
ſcebis. indeq; in modum auellane in aqua reſolutū
dabis ita vt qui accipit non cenet. ¶ Itē ad tuſſim
⁊ ad eos de quibus deſperatur. Recipe erui ſexta-
rium vnū yris ℥. j. mellis diſcocti pond. j. hiſq; om-
nibus in ſe permixtis dabis ieiuno pillulas. iij. ex
melle inuolutas ⁊ veſpere ſimiliter. ¶ Item myr-
rā ſub lingua teneat ⁊ in ipſo momēto deſinit tuſ-
ſis. ¶ Itemq; ad tuſſiȝ. Herbā marrubium ⁊ pipe
ris grana. xxv. fabam frixam tunſam in vinum teres
⁊ cribrabis adiecto melle commiſcebis ⁊ vteris.
¶ Itē medicamentum ad tuſſim quod recipit ſan-
daracā lybanū medullam ceruinā tūdes aūt ſanda-
racā ⁊ lybanū ⁊ tēperabis cū medulla ceruina ⁊ fa-
cies trociſcos in modū oliue ⁊ mittes in teſtam cum
carbonib⁹ ⁊ pones traiectoriū ſup teſtā ⁊ cooperies
de mappa ⁊ os tenebis in traiectoriū ⁊ ſic fumū tra
hes. ¶ Itē baccharū lauri cū ſinapi. ℥. j. pipis. j. nu-
clei. j. amigdale amar̄. j. mellis li. j. cū dimidia dabis
cū ſucco fenogreci. ¶ Itē cataputie ad tuſſ. ȝ vceterē
que faciūt ſtō: ſtcliacis: diſſentericis: freneticis: epa-
ticis: ſpleneticis. Recipiūt myrrā opiū ſtyracē ⁊ hec
equalia. ¶ Itē cataputie ad tuſſim. ℞. opaſtyracis
⁊ opij. ℥. vj. iuſquiami. vj. myrre. iiij. coſti. iiij. croci.
iiij. ſtyracis itē. ij. ⁊ hec de aqua fingis ad magnitu-
dinē oropi maioris. dabiſq; vij. aut. ix. ¶ Ite beti- alias orobi.
con pulei. ℥. iiij. iſopi. iiij. piperis. iiij. colligis cū mel
le ⁊ dabis coclearia. ij. vel. iij. facit ⁊ ad pthyſicos. alias be-
heticos deñ. j. amei. ℥. j. opij. deñ. iij. nuclei. iij. mel- thion. i. ſa-
lis cocti qđ ſufficit. ¶ Itē nuclei friti. ℥. vj. cymini liua.
friti. j. piperis. j. ⁊ ſemis. vuue paſſe frixe. v. que oīa
colliges cū melle ⁊ vteris. ¶ Itē ad tuſſim ſedan-
dā. Teſte coclee crude trite cū aque ciatis. iij. tepi-
de ſorbent̄. ¶ Itēq; coclee cū teſtis ſuis trite adie-
cto croco edunt̄. ¶ Urſinū quoq; fel pmixtū cum
melle. ¶ Saliue itē equi triduo potate ternis po-
tionib⁹ ex aqua calida ſanant. ¶ Itēq; ſorbitiūculā
ex alica ſeuo caprino perunctā dabis. ¶ Piceēq; li
quidam in ouo iecurq; lupi coctū eſui dabis.

¶ Ad tuſſientium antiquas ⁊ diuturnas valitudi-
nes. CAP. III.

Therebyntine. ℥. j. butyri. j. mellis olei.
j. oīa ſimul cōmiſcebis: ⁊ in vnū corpus
rediges primoq; accipies coclearia. ij.
dehic tria donec ſaneris. ¶ Itē ad pty
ſicos. Amidalas purgatas nūero. xxj. piperis grana
xxxi. ſinapis coclearia. ij. tūdes ⁊ cribrabis. addeſq;
portionē mellis atici: ⁊ dabis mane ⁊ ſero coclearia
ſingula. ¶ Itē ad tuſſiȝ cū multo defectu. Pinias
reſinatas ꝯfractas nūero. iij. lini ſeminis lib. j. grami
nis viridis faſciculū. j. pulei tātūdē. coques in vini
ſextarijs. iij. ⁊ aq̄ celeſtis ſextario. j. ad dimidias co
labis ⁊ adijcies mellis libr. ⁊ dabis coclearia terna.

¶ Oximel ad flegmata īcidēda. CAP. IIII.

SQuille i carduo. ℥. j. pulleij. j. iſopi. j. origa
ni. j. mittes in acetū ⁊ decoques ⁊ colabis:
addeſq; mellis duplū: ⁊ ad carbones len-
tos iteꝝ coques agitādo diligenter donec
ſpiſſitudinē aquatioris mellis ſumat. Hūcq; dabis
ieiuno coclearia. ij. vel quantū volueris: ⁊ poſt cenā
ſimiliter. ¶ Itē ad flegmata īcidēda ſalis cōis lib.
j. ſalis amoniaci. ij. piperis cōis. ℥. iij. piperis albi.
iij. gingiberis. iij. ſolij. ij. ſpice vo nardi ſemi. radicis
laſaris ſemi. amei ſemi. thymi ſemi. opij ſemis ſemi.
petroſilini ſemiunč. aniſi ſemiunč. iſopi ſemiunč. ori
gani ſemiunč. eruce ſeminis ſemiunč. miconis ſemi
nis frixi ſemiunč. tūdes ⁊ cribrabis ⁊ vteris. ¶ Itē
apozima ad incidēda flegmata. Coques anetū ſic
cum ⁊ radices apij in aqua cui aque ad moduȝ po-
tōis calide addes oximelis ſimplicis coclear. j. ⁊ bi-
bes ieiunus per triduum ⁊ cum volueris. ¶ Item
codiorobū ad purgāda flegmata. Piperis. ℥. j. pe-
troſilini. j. maſtici deñ. j. erui rubei. ℥. iij. yris. ij. iſopi
ij. nuclei. iiij. folioꝝ rute viridis. ij. mellis pōd. iiij. da
biſq; ieiuno coclearia ſingula vel bia p cā ſeu virib⁹.
¶ Item ad flegmata incidēda. yſis ſemiunč. iſopi

deñ.vj.mellis cytarchũ dimidium ſimul coques in
aque ſextario.j.⁊ ſemis.ita vt ſextariꝰ remaneat po-
ſtea collabis:⁊ accipies mane ⁊ ſero coclearia ſingu
la.¶ Itẽ elecma ad hec ⁊ ad ptyſicos. Erui infuſi
⁊ in vmbra ſiccati tũdes ⁊ cribrabis.ℨ.ij. ſeſame.j.
yris ſemiunc.mellis deſpumati qđ ſufficit. ¶ Item
oxiporiũ ad hec.Mellis heminã.j.aceti quartariũ.
rute viridis faſciculũ.j.cymini coclear vnũ piperis
gña.xx.nitri deñ.vj.¶ Itẽ epitima ad pectoris fle-
gmata reſoluẽda.Butyrũ:larycẽ:yrinũ: medullam
ceruinã:lini ſemen:ſenogrecũ:cerã adipẽ anſerinũ.
oĩa equis põderibus mittes:adipẽ tãtum duplum
mittes.¶ Itẽ epithima ad hec.Butyri.ℨ.ij. adi-
pis anſerini.ij.iſopi ceroti.ij.olei anetini.iij.medul-
le ceruine.ij.cere.iiij.¶ Itẽ ad flegmata.Paſtina-
ce ſeminis.ℨ.j.melonũ ſeminis.ij.teres ⁊ cribrabis
⁊ cum melle deſpumato ꝑmiſcebis:⁊ dabis coclear
vnũ vel duo.¶ Itẽ elecma ad hec ⁊ ad pthyſicos.
Erui.i. orobi. Seſame.ℨ.ij.erui.ij, yris.ij. mellis deſpumati qđ
ſufficit.¶ Itẽ ad eos qui purulẽta expuunt vel q
apoſtema habent.Laricẽ:butyrum:eruum ⁊ mel ad
carbones vnũ corpus efficies:⁊ dabis coclearia ſin
gula vel terna ꝓ etatibꝰ. Quidã vero ſuccũ marrubij
addũt qui flegma ⁊ pus in pulmonibꝰ hñt ⁊ tuſſiũt.
¶ Ad ptyſicos. CAP. V.

Iradiẽ vtile eſſe Ptyſicis ⁊ longis lan
guoribus morari in ſaltibus vbi pinus
naſcit̃.Aquoſa vero ⁊ marina loca de-
bent vitari.Proſuntq; ptyſicis cancri
fluuiales in cibo ⁊ iure ſumpti.¶ Viridis item la-
certa decocta in vini ſextarijs tribus ad cyatũ vnum
redeat.exindeq; ſingula coclearia dabis ꝑ ſingulos
dies.donec cõualeſcat. ¶ Itẽ ad pthyſicos poma
caprifici nũero.xxj.cõbures ⁊ facies puluerẽ pipe
ris grana.xx.⁊ vtrũq; melle deſpumato cõmiſcebis
⁊ dabis mane coclear vnũ ⁊ veſpere aliũ.¶ Itẽq;
ſuis ſemine lardũ manducat̃.herba paſte adipis itẽ
recẽtis.ℨ.iij.in vini ciatis tribus decoquunt̃ ⁊ mel
le addito glutiunt̃. ¶ Itẽ pulmo vulturis combu
ſtus ſup ſarmẽta ⁊ in puluerẽ redactus ⁊ cũ floribꝰ
roſe ⁊ croco equis partibus tritus cõmiſcet̃ ⁊ ĩ mo
dũ dimidij coclearis cum vini potione bibitur ſero
⁊ media nocte ⁊ ante lucem. Si autem febriunt:in
aqua calida hocq; ⁊ ad ſanguinis reiectionem facit.
¶ Item thus maſculum teres bene ⁊ addes San
darace tantundem : ⁊ teres poſtea medullam cerui
nam,Similiter ex his trociſcos factos longos ſer-
uabis in charta ⁊ cum opus fuerit facies carbones
de vite valida ⁊ extingues:⁊ vnum carbonem exca-
uabis quantum poſſit recipere medicamenti. Pil-
lulamq; vt modum ciceris maioris formabis: ⁊ hũc
rurſum accendes:⁊ pillulam ſuppones traiectoriũq;
operies circũdato lintheo vt totꝰ fumꝰ ĩtroducat̃.Cũ
vero reſpirare voluerit. ac tuſſire coepit digito claudat
hocq; ter faciat ſingulas pillulas ſingulis imponen-
do carbonibus:hoc ⁊ ad tuſſim ⁊ ad reiectionẽ ſan
guinis facit.¶ Itẽ dragantũ album tenerũ eliges ⁊
iufundes in careno optio biduo vel triduo poſtea
teres diligẽter.⁊ addes mellis attici quãtũ ſufficit
poſt meridiẽ.¶ Itẽ ad ptyſicos vel ad eos qui pu
rulẽta expuunt.ad eruptionẽ ſanguinis ⁊ tuſſim ve
terẽ hoc medicamẽtum bene facit.Opij denarius
vnus aqua exigua diluit̃:⁊ cum aluminis ſciſſi triti
puluere ſex miſcet̃:⁊ fiunt globuli ciceris amplitu-
dine.dãturq; ieiuno quaterni vel quini.¶ Item ad
ſecãdum reuma ptyſicoꝝ tẽporaliũ. Aniſi.ʒ.j. apij
ſeminis vnã.petroſilini vnã.myrre trogoditis dena
rios duodecim.piperis albi ſex.ſpice nardi vnũ mel
lis deſpumati quãtum ſufficit dabiſq; ĩ modũ auel
lane cũ aqua calida.¶ Itẽ antidotum ptyſicis in-
cõparabile.Piperis deñ.tres.myrre vnus. opopo
nacis.j.thuris maſculi vnus.opij vnus gingiberis
vnus laſaris dimidius.rute ſicce.ℨ.j.abrotani vna.
naſcici vna.pulegij ſemiuncia.mellis optimi deſpu-
mati ſextarius vnus.vini aminei quartarius .papa- als narci
ueris quoq; triti ⁊ excocti hinc ptyſicis ꝓpinare ꝓ sci.
deſſe memorat̃.¶ Itẽ antidotum ad ptyſicos.℞.
piperis albi.ℨ.j.cardamomi vnã.opij vnã.iuſquia-
mi.ℨ.j.myrre denariũ vnũ.clauci cretici dnarios.vj
croci tres.ſulphuris viui ſemiunciã gẽtiane deñ.vj
ex quibꝰ que debẽt tundi tundant̃:⁊ que teri terã-
tur.⁊ cribrata vniuerſa cũ melle attico quãtum ſuf
ficit cõmiſcebis.ita vt ſpiſſitudinẽ in modũ empla-
ſtri efficias.hoc denuo in mortario teres :⁊ ĩ vitro
repones.Dabis aũt magnitudine.Bacche lauri nõ
plures ex aqua calida cũ dormitũ vadit:ne aliquem
ſupſumat humorẽ.¶ Itẽ ad ptyſicos.Carnes aſi-
ni ex iure reſumpte ptyſicis ꝓſunt.ſuis ſemine cine
res ex paſſo ꝓpinant̃.¶ Inueniq; iã deſperatũ pty als car-
ſicum ſanatũ hoc modo.Radicis decoctio in puni nes.
ci mali cortice mixte ex aque cyatho.j.⁊ lactis men
ſura quotidie ſumptum data profuit.
¶ Ad ſynthesim. CAP. VI.

Synthesis quoq; nec periculo nec facie
ptyſi diſſimilis morbus eſt:cui ſic me-
det̃.Alice cyathi.iij.ĩ paſſi ſexta.j.⁊ aq
ſextarijs.vj.cõijciũtur ⁊ ſenſim coquũ-
tur:donec aqua cõſumat̃:tũc ſuffundũt lactis oui-
lis ac caprini ſextariũ:quod ferueſactũ in vſu ſorbi
tionis accipit̃ quoq; ꝑ ſe primis diebus curationis
vtũtur.ꝓcedẽtibus diebus ⁊ mel adijciũt ⁊ vtiliſſi
mũ putãt eos ĩ aqua marina lauari.¶ Itẽ oxipriũ
ad ſynthesim vel ad tuſſim qđ cõficitur ſic. Pipe-
re albo.ℨ.j.gingibere.ij.petroſilino.ij.libiſtico.ʒ.vj
factũ puluerẽ cum melle deſpumato ꝑ dies octo in
ſole teres:⁊ hinc ieiunus coclear vnum accipies.
¶ Ad ſanguinẽ excreãtes ⁊ ptyſicos effectos.
CAP. VII.

Porri ſectiui ſuccũ cum lacte mulieris
ſi parũ cyathos.ij.ieiuno dabis tepeſa
ctũ.¶ Itẽ ad emoptoicos. Seminis
caulũ deñ.iij.myrre.ij.picis optime.ij.
teres

tereſ diligēter. ⁊ cribrabis dabis ſebricitāti cū aquā
ſanis vō cū ſtyptico vino coclear plenū. Sed dieb⁹
ipſis cerebellū porcoꝝ comedat ⁊ daptylos. Pa
nem aūt modicū micatū cū ipſis cerebellis accipiat.
¶ Itē gnꝗ crudoꝝ ouoꝝ lutbea ī vini bemina pro
pinanť. ¶ Prodeſt itē aquā bibere ī qua cytonia
decocta ſunt. ¶ Itēꝗ ſpōgie apbre cinis cū porri
ſectiui ſucco ſorbeť. Sāguinē nibilomin⁹ excreā
tib⁹ berbe ſeneciōis ſuccū ad cbyatū vnū potui da
tus ſanguinē ſiſtit. ¶ Itēꝗ ſāguinē excreātes mar
rubij ꝯtriti ī vini cyathis quattuor calicē vnū ieiuni
bibāt. ¶ Itē ſanguinē ꝑ os q̄ iactat: vel pus. Bet
tonice deñ. nouē. ⁊ lactis caprini recētis cyathos tres
bibat ꝑ triduū ⁊ ꝯtinuo ſan⁹ erit. ¶ Itē ad emoptoi
cos. Porri ſectiui ſucci coclearia .ij. plantaginis ma
ioris ſucci .ij. ſucci reumice .ij. aceti acri coclearia .iij.
oīa ꝯmixta ꝑ triduum dabis. ¶ Itē ad eos q̄ pus
expuūt. Lini ſeminis deñ. .ij. gūmi veteris cyathos
ſex. picis trite ⁊ cribrate deñ. .iiij. abrotani triti ⁊ cri
brati .ij. amigdalas amaras nūero .xv. thuris maſculi
deñ. .x. reſine therebyntine .j. galbani .ij. mellis attici
ꝓ modo oīaꝗ ſimul ꝯmiſcebis donec ad craſſitudi
nē veniāt ⁊ dabis ad māducandū. ¶ Itē ad emo
ptoicos. Fenogrecū purgabis diligent. ⁊ in cacabo
nouo feruere facies ⁊ primo feruore effundes: ſed
nō totū. poſtea addes aquā ⁊ ferueat vſꝗ dū exco
quať. Poſtea colabis ⁊ mittes marrubium album
nuces pineas pulciū: eruū: ⁊ camepbitin vt totū ī ſe
ferueat. diebuſꝗ. vi. bibēdū dabis. ¶ Itē trociſci
ad emoptoicos. ℞. ypociſti balauſti citini añ. ℥ .j. om
pbatij. ʒ .iij. gūmi .i. aque celeſtis qd̄ ſufficit ad faciē
dum trociſcos. Habeatꝗ troſciſcus deñ. .iij. febrici
tātib⁹ cū aqua calida: ſanis vō cū vino. ¶ Itē tro
ciſcus diacātes ad emoptoicos. ℞. acātis. ʒ .vj. ypo
ciſty. vi. lycij. indici. .iiij. opij .iiij. balauſtij .iiij. myrre.
ij. reupōtici .iiij. accipit hic roſaꝫ aut myrtū coques
cum ſapa omnia ⁊ facies trociſcos habentes. ʒ .j. ⁊
dabis cum ſapa cyatos .ij. ¶ Item trociſcus emo
ptoicis optimus. ℞. libani roris ſyriaci ypociſti: co
ralli ana. ℥ .j. tundes teres ⁊ cribrabis omniaꝗ ſi
mul miſcebis ⁊ facies trociſcos habentes. ʒ .j. da
biſꝗ cum oxicrate.

Oxicratū ē acetū ⁊ aq̄ mixtū.

¶ Ad ſanguinem reijcientes. CAP. VIII.

Uſgami ſeminis. ʒ .vj. lini ſeminis. ane
ſi ſeminis. ſtyriacis. dauci cretici. croci
añ. ʒ .iiij. opij purgati ⁊ caſtorij ana .iij.
myrre .ij. mādragore .iiij. piꝑis .viij. oīa
teres diligenť. addiſꝗ mellis optimi qd̄ ſufficit ſi
mul miſcebis ⁊ dabis. ¶ Itē rubi ī q̄ mora naſcūť
caules teneri tūdunť ⁊ ex his ſucc⁹ exꝑmiť q̄ in ſole
ad craſſitudinē mellis ſiccať. hic hauſtus ſanguineꝫ
efficaciſſime claudit. ¶ Itēꝗ ruboꝝ cauliculi ex vi
no auſtero decocti edunť. idꝗ vinū ſumiť. ¶ Itē
ſimphiti radicis. nocte ſub cinere raſe ⁊ trite. ℥ .ij.
maſticis apbre .j. nuclei pinei .j. piꝑis. gña .xxj. trita
melle d̄ſpumato miſcebis ⁊ ſuperadijcies betōice
berbe tūſe pulueris. ℥ .ij. ⁊ ex eo mane ⁊ ſero dabis
coclearia .ij. ¶ Itēꝗ fimū caprinū tritū in puluerē
vel ipſuꝫ fimū recētē in lacte caprino dabis bibere.
¶ Itē berbe ſerpilli mōtane ſice ⁊ tūſe puluis deñ.
xij. ⁊ cū vino potui datus ſanguinē ſiſtit. ¶ Itē ca
prifici folia ſiue radices ī cīerē redacta. ⁊ ad deñ. .xij.
ī vini cyathis trib⁹ potui data ēt ⁊ diſſētericis faciūt.
¶ Itē ſulphuris viui deñ. .iij. ī ouo crudo ſorbeať.
¶ Itēꝗ feniculi folia trita ⁊ cū aceto mixta pectori
appōas ac potui des mirifice iuuāt. ¶ Pulmo itē
vulturis in farmētis vitis ꝯbuſtus ⁊ in puluerē re
dactus ⁊ cū florib⁹ roſe ⁊ croco eqs pōderib⁹ tritus
in modū dimidij coclearis cū vini potiōe bibiť. ſero
⁊ media nocte ⁊ ante lucē febricitātibuſꝗ cū aq̄ ca
lida accipiāt. hoc ēt ptyſicos mire ſanat. ¶ Itē ſan
guinē reijciētib⁹ q̄ de alto ceciderūt. Verbaſci radi
cis cortices ī ligno tūſos admixto vino dabis bibe
re facitꝗ iumēto rupto ea potio ꝑ cornu dať. facitꝗ
ad eos q̄ aliq̄d interi⁹ ruperit. ¶ Itēꝗ ei q̄ ex alto
ꝑcipitat⁹ ſanguinē vomit. Milleſoliū ex aceto bibē
dū dabis. ¶ Itē ad reiectā ſanguinis grauiť tuſſiē
tib⁹. Erui farie ſexta .j. yris lib. .j. axūgie veteris qd̄
ſufficit ex vino teres ⁊ ieiuno dabis. ¶ Itē cornus
ceruini cinis ī vino veteri potui dať. Coagulū
aūt ceruinū vel leporinū ex aceto bibiť. Et ſi purulē
ta expuunť ouū crudū cū pari mēſura ſucci porri ſe
ctiui ſorbenť. ¶ Itēꝗ coclee elixe terūť ⁊ ex aqua
bibunť. ¶ Iidēꝗ coclee inlote ex aqua maria co
quunť ⁊ ita deuorānť. Coclee rurſus cū teſtis ſuis
trite addito croco edunť. ¶ Itē porri capitati ſuc
cū cū faria thuris ſorbebis. ¶ Farinā itē qua char
te glutināť calidā ī modū ſorbitōis ſumes. ¶ Itēꝗ
aqua ī qua roſa ⁊ ruta ⁊ iſopū decocta ſunt vino mi
ſcebis ⁊ ita potui propinabis. ¶ Marrubij quoꝗ
ſcopas cū pane d̄coq̄s: eaſꝗ ex aqua bibes. ¶ Itē
vue ī vinaceis ſeruate faciūt excreātib⁹ ſanguinem.
¶ Oleaſtri itē folia d̄coquunť ex melle dāturꝗ co
clearia .iij. palme q̄ꝗ thebaice comedunť. ¶ Itēꝗ
citonia matura cruda deuorānť. ¶ Nuclei rurſus
amigdalaꝝ cum amulo aľs amilo ⁊ mentaſtro edun
tur. ¶ Item ſemen vrtice vel myrti contritum in vi
no bibes. ¶ Gūmi item optimum cum vino reſol
ues ⁊ dabis: ac ſi fieri poteſt gūmi ex amigdalis ſit.
¶ Itemꝗ hedini ſanguinis recentis tres cyathos
cum pari menſura aceti feruentis potui dabis.
Bubulinus quoꝗ ſanguis cum modico ace
to ſumptus iuuat.

Caprificus .i. ficus agreſtis.

¶ Ad eos qui ſanguinem de ſtomacho vel vena ſa
tis emittunt. CAP. IX.

Gummi alexandrinū teres diligēter ⁊ fa
cies puluerē moliſſimū ⁊ ex hoc coclear
plenū mittes in puſcā megelitā ⁊ bibes
ſed de ipſo puluere mittes in orizā ſiue
in ſimilam ex lacte coctaꝫ ⁊ ſic māducabis. ¶ Itē
gūmi optimū in ore ſoluať ac ſic paulatim glutiatur
multoꝗ melius ſi in amigdalinum fuerit.

¶ Ad pulmones. CAP. X.

Feniculi ſucci cyathus .j. potui dat⁹ mirifice pulmoni facit. nullūqꝫ ineſt periculū ēt ſi febricitāti dat. ¶ Itēqꝫ pētafolij herbe ſuccus ad cyathos .iij. potui datus vitia pulmonis emēdat. ¶ Accris itē arboris ſuccus ad. ℥ .iij. ſepius ſumptus pulmonū vlcera ſanat. ¶ Itē cedrū integram decoques ⁊ ex ea aqua in potum cyathos .ij. aſſidue dabis. Ea enim pulmōibus vitiatis teterrimū ſpūm emēdat. ¶ Itē lac cū herbe cētaurie tunſe puluere quaſi cataplaſma factū calidūqꝫ pectori ſiniſtro ſuppoſitū p dies .iiij. vitia pulmonū ſanat. Lac vero quotidie bibet cum herbe ſupraſcripte puluere ad deñ .ij. ¶ Itē butyrum ex melle pari mēſura decoques donec ruſum colorē trahat. reponeſqꝫ in pixide: ⁊ ieiuno ligulam plenā dabis ei qui pulmones vlceratos habet. ¶ Itēqꝫ raſani ſucci cyathos .ij. paſſi cretici .iij. bene pmixtos tepidos dabis bibere. pulmōes vitiatos ſanat. ¶ Itē ad pulmonū dolorē. Anetum ſiccum vetus teres atqꝫ cribrabis. Reſinā quoqꝫ miſcebis cum adipe veteri. ¶ Butyrū ēt ⁊ mel equali modo coqueſqꝫ vſqꝫ dum rubeus color ſit. repones in pixide: ⁊ inde mane ⁊ ſero ligulā edat cui vlceratus pulmo fuerit. idqꝫ reddet eū ſanū. ¶ Itē ad eos qui pulmonum cauſa tuſſiunt vel flegmata ſpiſſa cū ſanguine mixta proijciunt. infundes pridie dragātum in aqua. ⁊ coques cum melle deſpumato ac ſupmittes croci triti quātum neceſſe fuerit. ⁊ ex hoc dabis mane ⁊ ſero coclear vnū. ¶ Item ad eos qui pulmonis vitio tuſſiunt. Squille pōdo .v. aceti optimi ſexta .x. pineas .iij. puleij faſciculos .iij. coques ad tertias ⁊ colabis. addeſqꝫ mellis deſpumati ſexta .ix. ⁊ iterū coques vſqꝫ dum bene ſe commiſceat. ⁊ accipies ad coclear p viribus. ¶ Itē corni maſculi. ℥ .j. eucinij ſpermatis .j. opoponacis .j. citaperi .j. iſopi .j. ariſtologie rotūde .j. mellis qđ ſufficit cōmiſcebis. dabiſqꝫ in modū auellane maioris cū aque cyathis .iij. ¶ Itē ad vitia pulmonis. Corij cedri exterioris lib. .j. mellis .iij. vini aminei .j. piperis. ℥ .j. gingiberis .ij. petroſilini .j. coques vero cedria in vino vſqꝫ dū virtutē amittat. ⁊ vinū ad dimidias redigatur: ⁊ ita mittes mel ad ſpiſſitudinē mellis ita vt agitando refrigeſcat: ⁊ ſuperinfundes in ficcum: ⁊ terendo vnum corpus efficies: hoc facit ⁊ ſtomaticis.

¶ Ad ſuſpirium. CAP. XI.

Herbe ſauine deñ .ij. butyri. mellis. ℥ .ij. cōficies electuariū ⁊ ieiuno dabis. ¶ Itemqꝫ raſani ſemē ⁊ ſulphur viuū pari portione trita ⁊ mellis admixta ieiuno ad coclear dabis. aut radicis ſuccum cū aqua mulſa bibat. ¶ Item marrubiū cū ſuis radicibus tundes ⁊ ſuccum ex eo melle admixto equaliter coques ⁊ ex eo ſingulis diebus coclearia .ij. ſumes ſuſpirium aufert ⁊ concreta flegmata ex intimo pectore educit. ¶ Itēqꝫ preſtat eadē herba ſicca in aqua decocta ⁊ ſimiliter data. ¶ Itemqꝫ betonice herbe pulueris denarios .ij. in nitro mellis vel oximellis cyathis .iij. dati ſuſpirationes auferunt ⁊ omnia interiora flegmata ſurſum euocant. ⁊ ſtomachū purgant ⁊ dolorem eius auferunt: ſi quotidie bibūtur. ¶ Idēqꝫ facit eadē herba in aqua decocta ⁊ eadē aqua in nitro mellis data. ¶ Itē mel ⁊ butyrum ſimul decoques donec ſoluantur. deinde adijcies aphronitrū matronale ad dimidiū ⁊ vterius. ¶ Itē ariſtoloice rotunde radicis ſuccum ſiue puluerē ad .ij. deñ. in aque calide cyathis .ij. potui dabis ſuſpiria ⁊ ſingultus emēdant. ¶ Itemqꝫ ſuper carbones fimum ſiccum carbonibus incenſum pones ⁊ per traiectorium fumus eius ore ductus ſuſpirium tollit. ¶ Roris itē marini viridis faſciculum bonū decoques in aqua cum .iij. caricis germanicis donec fiat quaſi carenum indeqꝫ dabis matutino calicē bonum. ⁊ ſi volueris ſimiliter poſt cenā. ¶ Itē betonice ſicce pulueris. ℥ .j. ex aque calide cyathis .ij. bibat. ¶ Itē ad hoc ⁊ anhelitum. Cotomorū ſucci cyathos .iij. ex melle equali ſiue vino decoques. Sumpti enim ſuſpirio laborantes releuāt ⁊ hydropicos ac ſpleneticos factos. ¶ Cocta ſimiliter cotonea ⁊ tunſa ⁊ illinita vel in modum cataplaſmi impoſita emēdant. ¶ Item ſulphuris viui deñ .iij. in ouo ſorbili accipiat: ita vt frigidis abſtineat. ¶ Itēqꝫ aphronitri matronalis paſtillum .j. aut. ij. vel. iij. cum mulſa bibat. Herba enim que in arborum lacuminis cauiſqꝫ corticibus conſiſtit potata cito liberat. ¶ Fel quoqꝫ vrſinum in aqua calida dilutū ieiunus bibat donec ſanetur quod celerrime ꝯquieſcit. ¶ Item betonice deñ .viij. in cyathis .iij. mulſe ieiuno dabis cum dormitum vadit. ¶ Item trociſcus ad pomon hoc eſt ad ſuſpirium. ℞. āmoniaci triti. ℨ .viij. abrotani octo. caſtorij .iiij. omnibuſqꝫ tritis facies trociſcos ⁊ dabis cum oximelle.

¶ Ad lateris dolorē idest pleureſim. CAP. XII

Rute ⁊ iunci radicū faſciculi ſinguli ⁊ piperis albi grana .ix. trita in vini cyathis tribus ieiuno dabuntur. ¶ Itemqꝫ ſuccū eruce viridis ad modū potionis. vel ſex grana piperis cū ſalis grano tepefacta bibes: ⁊ tranſibit dolor. ¶ Itē ad lateris ⁊ iecinoris dolorē. Tolles coſti deñ .xij. eupatorij. xij. aloes ſex. petroſilini .x. baccharum lauri .x. fenogreci quatuor. piperis .xij. ⁊ hec omnia in puluerē rediges ⁊ dabis ex eo coclear plenū cum aqua calida ieiuno: ⁊ iaceat in ipſo latere. ¶ Itē ad pleureticos qui in periculo ſunt melius facit. Piperis. ℥ .j. myrre troclitis deñ .iij. mellis attici lib. .j. mel vō ⁊ piper coques ſup lētos carbones donec paululū ſpiſſet. poſtea depones: ⁊ ſic mittes tritā myrrā cum modico melle diligenter ⁊ dabis vt glutiat coclearia duo. ¶ Item antidotum ad pleureticos quod mox dolorem minuit ad tortiones etiam que remanent ex

dolore colli ſpecialiter ⁊ ad omnes dolores frequē ter eo vtimur. ℞. caſtorij ſicci denarios .xviij. dauci cretici ſeminis .xviij. panacis radicis .xviij. iuſquiami albi nouē. opij thebaici nouē. Hec omnia tundes ⁊ cribrabis diligenter ac miſcebis melle optio deſpumato ⁊ repones in vaſe ſtagnato: ⁊ ex eo dabis quātum eſt faba cappadocie cū aqua calida potiones tres. ¶ Item epythima pleureticon dyapecanum. ℞. cere ℥ nouem. olei ciprini lib. j. opoponacis ℥ ij. rute viridis ſex. ſulphuris viui duas. gutte amoniaci .iiij. ¶ Panacem vero ⁊ guttam cum vino veteri teres ⁊ ruta trita cōmiſcebis: ⁊ addes ſulphur tritum. deinde facto ceroto pmiſcebis. ¶ Itē confectio pleuretica. ℞. iſopi ceroti ℥ vj. therebynthine ſex. cere ſex. ſolues autem ceram ⁊ therebynthinam iſopum cerotum ⁊ ſic admiſcebis preos tūſum. ¶ Itē epythima pleureticon dyapecanum. ℞. cere libram vnam. therebynthine. j. olei cyprini vnā opoponacis ℥ ij. rute viridis vnam ſulphuris viui duas. ¶ Item ad lateris dolorem. Stercus caprinum in ſilua inuētum reſolutum in aqua ⁊ pcolatū ac potui datum celeriter ⁊ efficaciter quis vehemētiſſimum dolorem mitigat. ¶ Itemq tritum apri ſtercus ⁊ ad motum lateris dolorē ſanare certiſſimū eſt. ¶ Item ad lateris dolorē qui reſpirare nō poteſt. Fenugreci ℥ j. piperis denarios quattuor. croci duos in puluerē rediges ⁊ cōmiſcebis: dabiſq coclear plenum in potiōe: ſi febricitat dabis ex mulſa cyathum vnum ex aqua calida. ¶ Itemq coriādri ſemen teres ⁊ cribrabis ⁊ cum melle coques donec ſpiſſum fiat: ⁊ exīde mane ac ſero coclearia tria dabis. ¶ Itemq rape denarios .xv. ex mulſe cyathis quattuor dabis per diem. ¶ Item ad eos qui lateris dolorem patiūtur ⁊ ſanguinem expuūt. Rapas tritas ex aqua: ⁊ lac caprinum dabis in die ieiuno ⁊ cum dormitum vadit. ¶ Item herbe ebuli radicem dūmodo ſine medulla ſit ex aqua calida bibat: ⁊ lumbricos eijcit. ¶ Item emplaſtrum ad lateris dolorem. Marrubiū ⁊ ceram ⁊ oleum in vnū conteres ⁊ panno illinies atq impones.

¶ De egritudinibus cordis. Trac. X.

¶ Ad cordis dolorem. CAP. I.

Betonice herbe ⁊ pulcij ⁊ nepete faſciculos ſingulos equali pondere cum ſallis modico in vino veteri decoques ad medias ⁊ ex eo cyathos .ij. potui dabis ¶ Itemq ſupraſcriptarū herbarum pulueris den. j. in vini cyathis .ij. ſimiliter bibat. ¶ In lacte item caprino naſturtium coques ⁊ ex eo dabis bibere. ¶ Item rubi folia trita pectori imponunt: ⁊ ſuccus eorū bibit. ¶ Itemq leporinus adeps cū vino reſolutꝰ bibit: ⁊ cor eiꝰ ſiccū in puluerē tritū cū vino dat. ¶ Aculeas itē pini viridis diligēter tectas cū vino optimo bibas. ⁊ poſtea pinguibꝰ abſtineas ⁊ liberaberis. ¶ Itē ad cordis dolorē potio mirabiliſſima. ℞. piperis albi grana .xxxvij. lauri baccbas .ix. nucleos .ix. rute ſicce faſciculos .ix. teſtam cucurbite ſiccam tritā penſantē lib. ij. Hec oīa ſimul tundes ⁊ cribrabis ⁊ exīde dabis coclear. j. in aqua calida ſtatim: enim liberat. Calculūq hec potio mirifice curat. ¶ Itēq ad cordis dolorē ſiue pulſum. Cyminū ethyopicū cōmanducabis ⁊ succū eius glutiēs.

¶ Ad cordis pulſum. CAP. II.

Coſtū panace ⁊ fenugrecū equis pōderibus in puluerē rediges: ⁊ cū melle attico repones cōmixtum: ⁊ cū opus fuerit coclear plenū ieiunus cum aqua calida bibas p triduū. ¶ Ariſtologiā item rotundā in puluerē rediges ⁊ ex eo den. iij. ex vino p triduū bibes. ¶ Item cataplaſma ad cordis pulſum ac ſtomachi dolorē ſiue iecoris ⁊ ſplenis. ℞. maſtice tritum palmulas tritas ordei ⁊ frumenti farinam: vinum vetus qd ſufficit q oīa miſcebis ⁊ tepefactis illinies pannum ⁊ loco qui dolet appones. ¶ Item reuponticum ex vino veteri tritum ieiuno potui dabis.

¶ Ad pcordiorum dolorem. CAP. III.

Uniuerſum pcordia appellamus: que aliq in plura diuidūt vocabula. vocantes mō ſtomachū. vbi in eā fit interdum iecur. interdū pcordia. Hec cum ſe grauauerunt pter duriſſimū dolorē velociſſimā mortē ingerūt. ¶ His itaq caninus catulus lactens ſubinde apponit in quē idē vitiū tranſire conſtat: quo defuncto obrui moris eſt. ¶ Itē porri ſectiui ſuccū cū lacte mulieris pari potione in dolore ieiunus bibas. ¶ Ocimum itē tritum ⁊ impoſitū pcordijs pdeſt. ¶ Itē lini ſeminis ſexta. j. ⁊ fenugreci. j. in aq mulſe ſextario. j. decoques ⁊ calida impones pāno ſepiuſq ſuppones. Sed aliq addunt feniculi farinam cū pari mellis ficq decocta imponit. ¶ Itēq citonia cruda vel cocta ceroti modo pāno illiniunt ⁊ calefacta pcordijs ſupimponūt. ¶ Radix itē aceris tūſa cum vino prodeſt. ¶ Itē ad pcordiorum ⁊ iecoris dolorē. Leporis epar tritum ex vino ſiue ſicci puluis in aqua datus epatis ſimul dolorē ⁊ faſtidium aufert. ¶ Itē antidotū ad hoc. ℞. coſtum gingiber fenugrecū cyperum ⁊ piper pari potione: adiecto epaturio cū melle deſpumato: qd in vitreo vaſe repones. ⁊ exinde den. ij. dabis bibere in paſſo cretico cū careno. ¶ Itē ad pcordiorū dolorē. Bulbi triti ⁊ illiniti tumorē pcordiorum curant: ⁊ vētrē molliunt. ¶ Lini itē ſemen den. pondere. feniculi quoq tantundē ex aqua mulſa decoctū in pāno dū adhuc calidum eſt pcordijs impones. ¶ Item ad coctionem. Iſopum cum oximelle ieiunus vel poſt cenam bibat. ¶ Itē laſaris vini modicum ex aque frigide ſex. iij. dilues: ⁊ dormitum eunti dabis bibere. ¶ Itē digeſtorium quod recipit mellis attici pōde. j. betonice ℥ iiij. in vino hec pmiſcebis ⁊ feruefacies. ⁊ cum refriguerit facies paſtillos nucis auel-

lane magnitudine ꝛ in cena manducabis. Si vo vẽter torquetur. Bette radices cum oleo coques ꝛ bibes. ¶ Jtẽ ad eos quos linquit animus aut mẽs ꝛ alienãtur quibuſq; vertigines fiunt. Cocleas ſingulas cum ſua teſta tritas et paſſi cyathis .iij. calefacta potione per dies nouẽ dabis. Aliqui in eadẽ curatione dant per dies .v. in eadem paſſi mẽſura. prima die cocleã vnam. ſequẽti duas. tertio tres. quarto duas. quinto .j. Eademq; curatione ſuſpiria tolluntur. Jn his languoribus ſi febris nõ fit: marina aqua lauari vtile eſt. ¶ Jtẽ iecinori prodeſt in cibo viuaria porcelli modo maſſata ſtomachoq; medet. ¶ Et item ſi fieri poteſt coclee aphricane in cibo ſumpte que coquunt intacte ex aqua. deinde ĩ primis torrẽtur tunc ex vino ꝛ garo edũtur impari numero. ſicq; etiaȝ ſtomachi dolori medẽtur. ¶ Proſunt item viue coclee ex aceto deuorate.

¶ Ad cardiacos. CAP. IIII.

Ruta ex aceto ꝛ melle cum farina ordeacea mixta ꝛ pectori impoſita emendat. ¶ Jtemq; vinũ calefactum ſpongie infuſum ꝛ mãme ſiniſtre impoſitũ ſudorem ſiſtit. ¶ Cornus item caprini ꝛ ceruini cinerẽ oleo myrtino pmiſcebis: ꝛ ex hoc aduerſus ſudorẽ nimium corpus omne perungit. ¶ Lactuce itẽ albe nomẽ eſt ſyris que trita ꝛ impoſita mãme ſiniſtre magnifice ſudorem minuit. ¶ Aqua quoq; potui datur ĩ qua holera diſcocta ſunt ſale addito. ¶ Jtẽ rute faſciculus in roſaceo ꝛ aceto decoquit ꝛ adiecta aloes. ℥ .j. in olei punctione ſudorẽ ſiſtit. ¶ Radix itẽ ferule ex oleo ꝛ aceto puncte ſudorẽ minuit. ¶ Jtẽ myrti ſemẽ cum polẽta ex vino mãme ſiniſtre ĩponit. ¶ Jtẽq; folia rubi in quo mora naſcuntur trita p ſe ĩponunt. ¶ Succus quoq; morog rubi potui dat. ¶ Puluis aũt ex myrta folijs teſtis ĩſperſus ſudorẽ ſiſtit. ¶ Lapillus ſimiliter q in ventriculo hyrũdinis ĩuenit. ¶ Jtẽq; ad eos q in ĩfirmitate nõ ſudant. Cucumeres ſiluaticos ſcides in oleum ꝛ in ſolem pones in vaſe vitreo forti ne crepet ꝛ exinde vnges vt ſudet.

¶ Libri ſecundi. De medella egritudinum membrorum naturalium: generatiuorum: ꝛ extremorũ: Tractatus primus. De egritudinibus ſtomachi.

¶ Ad dolorem ſtomachi cnȝ accidia ꝛ nauſea ꝛ ad inflationem ꝛ defectionẽ. CAP. I.

Maſtice aphre abſynthij pontici ſuccũ. puleiũ ſic cũ pares portões tritas ĩ vaſe vitreo ſuabis ꝛ dũ opus fuerit ſtomachũ nardo inunges ꝛ ſic puluerẽ ſparges ꝛ chartaȝ pones ꝛ ſup chartã lanã ꝛ faſcias. ¶ Jtẽq; ĩ dolore ꝛ vitio ſtomachi. Calaſtico vẽtidiani ſepius ſtomachũ ꝯfricabis. ¶ Jtẽ herbe betonice radicũ faſciculũ .j. verbene .j. agrimonie .j. coques in olla noua cũ aque ſextarijs .ix. ad tertias ꝛ exide ieiunus potionẽ manevnã ꝛ ſero alterã bibat p dies .vij. veratũ ſtomachũ relenat. ¶ Jtẽ cõfectio. Rute ſemis coclear pleuũ. folis montani tantũdem. ſulphuris viui ſimiliter. Hec omnia teres diligẽter ꝛ cũ vino miſcebis vt ſingulas potões p triduũ ieiunus bibas. ¶ Jtemq; terre malũ coctũ ꝛ tritum melle modico admixto coclear plenũ ieiunus mãduces accidiã tollit. ¶ Carnem itẽ vaccinã cũ aceto coctã ꝛ cõditã oleo: ſane: aneto: porro: mãduces p dies .vij. laſſum ſtomachũ ſubleuat. ¶ Jtẽ ad dolorẽ ꝛ faſtidiũ ſtomachi qui nec cibo nec potu iuuat ructus quoq; amaros patit. Cãtauric .j. fellis terre cõteres lib .j. ex aque calide ciathis quattuor. dabiſq; ieiuno bibẽdum p triduũ donec ſinit ĩſirmitas. ¶ Jtẽ fomẽtũ ad dolorẽ ſtomachi. Abſynthij faſciculũ .j. aneti .j. maſtice ſemiunc. nardi celtici ſemiunc. ſtoracis tantundẽ. olei pond .iiij. melum vel citoniuȝ viride vini veteris hemina. omnia hec infuſa prius feruefacies ꝛ poſtea fouebis. ¶ Jtẽ ad dolorẽ ſtomachi quo in modũ epytimi vti debeas. Citonij purgati crudi triti ℥ .iiij. aloe triti .ij. maſtice aphre pulueris .j. daptilos pingues purgatos ꝛ tritos numero .v. His omnibus cõmixtis facies cerotuȝ de olei Camomillini ℥ .ſex. ꝛ cere .iij ꝛ in hũc cerotũ mittes ſupraſcriptas ſpẽs ꝛ vteris. ¶ Jtẽ ad inflationẽ ſtomachi ex qua defectus ꝛ anguſtia naſcit bulbũ crudũȝ in pila tũdes. hũc ĩ mortario in modũ ceroti teres addeſq; pulueris aluminis ſciſſi quãtũ ad ſubſtringẽdũ ſufficiat deinde pãnum ex eo illinitũ ꝛ tepefactũ ſtomacho ſuppones. ¶ Jtẽq; ad iflationẽ ſtomachi. Rutã mãducabis. ¶ Jtẽ potio ad vẽtoſitatẽ ſtomachi tollẽdam. Cecudaȝ: allium ꝛ lauri folia ſimul coques cuȝ aqua ꝛ bibes ieiunus ꝛ poſt cenã. ¶ Jtẽq; enule pulueris coclear .j. ieiunus bibas in vino. ¶ Jteȝ epithima ad vẽtoſitatẽ ſtomachi. Melliloti ℥ .iiij. ſenugreci. iiij. coſti. cymini .j. apij ſemis .ij. cere .iij. olei .iiij. nardi .iiij. daptylorũ vino infuſor quãtũ ſufficit. ¶ Jtẽ ad inflationẽ ſtomachi. Piperis deſi .ix. pulcij ſex: liqua: ꝛ dabis coclearia .iij. mane ꝛ ſero. ¶ Jtẽ toti apiȝanõ ad ſtomachi iflationẽ facit ꝛ ad pleureticos cere lib .j. rute virid is .j. ꝛ ſemis. adipis porcini .j. ꝛ ſemis. pitiune .j. teres aũt rutã cũ adipe porcino: ſic mittes que ſoluta ſunt.

als Cicutam.

¶ Potio ad dolorem ſtomachi ſplenis ꝛ epatis. CAP. II.

Apio. ℥ .iij. piretri ſemiunc. cyperi denarij .iij. ſpice celtice. ℥ .j. ola ſepatim macerant cribrãt atq; pẽſant: ꝛ facti ex his pulueris dat potõe vini abſynthiaci coclear plenũ poſt curationẽ corpis ꝛ vnctionẽ: ita vt accipiat ĩ prio triduo ꝛ biduo ĩtermiſſo rurſuȝ accipiat biduo: itẽ ĩtermiſſa vna die accipiat duas partes coclear .j. poſt .j. ¶ Cataputie ad dolorẽ ſtomachi que

Catapuctia.i.pillula. Eruuȝ.i. orobum.

chi que vētrē leniter laxāt. ℞.aloe.ȝ.ij.gētiane.j.maſtice.j.facies ex his catapuctias erui magnitudine ⁊ dabis īcipiēs a.iij.vſqꝫ ad.vij. ℭ Jtē ad ſtomachi dolorē. Urticā ſummā ſemē habētē deme ⁊ diligēter laua ⁊ ex ea ſorbitionē facito bñ ꝯditā ſine pipere: vtiliſſime enī ſumit̃ ad omne genus valitudinis qḋ in ſtomacho ꝑuenit: ac ſine dubio curabis: ⁊ vt breuiter explicemus quātū enī ꝯſtet de laude experimēti oēm librum poſſemus replere: hoc facias qḋ infraſcriptū eſt. ℭ Feniculi radicis illa que deforis eſt tenera ſublata pond.j.⁊ ſemis ꝑ triduū in aceto macerabis: tertia die decoques ipſas radices modicū colabiſqꝫ ⁊ adiūges in ipſo aceto mellis ſextā. vnū: ita vt ſimul ferueat ipm mel cū aceto: ⁊ adijcito aloe ſemiunc.amei.ȝ.j.maſtice ſemiunc. aſari.j. oīa hec mixta ieiuno dabis coclearia tria: ꝙ ſi inflatio ſtomachi: vel ītestinoꝝ erit puleiū bibito vel mā ducato. ℭ Jtē ad inflationes. Rute hortēſis modicū in potione ſarcillū mittes. ℭ Jtēqꝫ ad ſtomachi dolorē. Folia roſe.v.vel ſeptē aut certe.ix.cum piperis granis totidē trita ex aq̄ calida bibas. ℭ Jtē ex nuce pinea grana numero.xx.purgata: ⁊ cyminuȝ qḋ tribus digitis capere potueris cōteres bene in mortario additis aque frigide cyathis duobus: atqꝫ earum rerū vncia dimidia dāda velociter ſanat.

ℭ Ad calefaciēdum ſtomachum ⁊ anguſtias eius. CAP. III.

Picis pure pōd. iiij. ſolues ī cacabo donec penitus liqueſcat: addeſq; ſulphuris viui triti. ℥ .j. ꝛ ſemis. ordei pollinis heminā: ꝛ aceti acerrimi heminā quod q; tamdiu miſceri ꝛ cōfricari facies donec vnū corpus efficiatur: ꝛ ſic induces in aludam. ꝛ poſtq̄ balneum exieris in locum qui dolet impones ꝛ vteris biduo. ꝛ poſt rurſum lauaberis. ac poſt balneum renouata cataplaſmata īpōes. hoc q; tertia vice facias ꝛ recipies integram ſanitatē. ℭ Itē q; capparis radices in aqua decoctas ꝛ bene tritas pāno q; inductas ad noctē impones: ꝛ alio die ſanus leuabis. ℭ Item nepeta ante ſolis ortum ſublata ꝛ impoſita remedium preſtat. ac etiam trita ſeu viridis in balneo fricetur. ℭ Itē fruſtum enule viridis cum vino albo bene teres ꝛ colabis ꝑ lintheum ꝛ dabis cui coxa vel ſcia dolet. Sed prius aliud fruſtum teres ꝛ illinies vertebro vel coxe dolēti ꝛ cum fricauerit bibet potionē ſupraſcriptā: ꝛ in ipſo latere iacebit. ℭ Item ad ſciaticos. Silij coclear plenum cū aceto ꝛ aqua dabis bibere. ℭ Itē potio ad ſciam Herbam agrimoniā cum fuſto ruboreo euelles tereſq; radices eius terges diligēter ꝛ teres in potione vna cum vino quātū ſufficit ꝛ ſic dabis bibere ꝑ triduū. ℭ Itē bulbi albi ſuccus potui datus medētur. ℭ Itē q; ſenetionis ſucci. ℥ .j. cum oximelle potui data ſi mox deambulet ꝓdeſt. ℭ Porri itē capitati ſuccus potui datus ad ſanitatē efficaciter ꝑducit. ℭ Salis itidē amoniaci coclear. j. ī vini cyathis duobꝰ bibit̄. ℭ Itē malagina galieni ſciaticis. ℞. picetri. ℥ .j. caſtorij. j. belenij adarcis. j. euforbij. j. gigiberis. j. cere. j. vini quātū ſufficit. ℭ Item potio ad ſciā. Plātaginē porrū virginē ꝛ heliotropij iuris folia teres diligēter: ꝛ expſſum ſuccū dabis ī vino veteri tepefacto luna decurrēte ꝑ ter dabis bibere: ꝛ q̄ñ helyotropyū folia nō hꝫ radices eiꝰ tolles vel cetera. ℭ Itē potio ad ſciā ad coxā ad artriſin ad pedes. Pibicini fimi pugnū pipis gna xxvj. teres diutiſſime: addeſq; mellis heminā. j. ꝛ vini ſexta. ij. dabiſq; ſtāti ꝑ dies ſeptē. ℭ Géeſtre itē frōdes ꝛ caules cū aceto madefactas ſumē triduo ꝯducit. ℭ Itē vnctio leonis ꝛ leopardi adipes ꝛ pirctrū pari pondere admiſcebis aphronitro ꝛ euforbio tātūdē admixto ꝛ balſamo. ꝛ quotidie coxā ī ſole pfricabis: ꝛ cū meliꝰ ſenſeris adijcies paſſuꝫ ꝛ oleū roſatū qd̄ ſufficit. ℭ Curat ēt neruoꝝ ꝛ articuloꝝ valitudines. ℭ Itē acopū ad coxe vitia calidiſſimū. ℞. olei therebynthini lib. j. axūgie veteris. ij. cere. iiij. galbani. j. ꝛ ſemis. euforbij duas ꝛ ſemis. panacis ſiir. adarcis ij. ſagapēi. iij. caſtorij pōtici. vj. Cōficies vō ſic. Sagapenum ꝛ panace infundes in modico aceto: ꝛ teres oleum therebynthynū ꝛ axungiā ceramq; ſimul ſolues

mul ſolues cetera tundes ⁊ cribrabis ⁊ ſimul omnia miſcebis ⁊ colliges in vaſe vitreo ⁊ vteris cōfricando per vnam horam contra ſolem vel ad carbones. ¶ Item ꝯfectio lyſopomi ad ſciam. ℞. piretri ℨ. ij. medulle ceruine. j. galbani. j. iſopi. j. adarcis. ij. therebinthine. j. pipis. j. balſami lib. j. olei cyprini. ℨ. vj. olei hyrcini lib. j. olei ſtiracini. j. olei amaricini. ℨ. iij. olei laurini. iiij. cere punice. iij. ¶ Item cōfectio malagini ſciaticis experti. ℞. cere lib. j. picis dure. ij. therebynthine de cauliculis. ℨ. vj. amoniaci. vj. ſtyracis optimi. ij. māne thuris. ij. galbāi. j. ⁊ ſemis. aceti acerrimi qd̓ ſufficit. Cōficies ſic. Ceraꝫ picē ⁊ reſinam igne lento ſolues. ſtyracē ⁊ galbanū admixta modica cera tandiu tundes in pila donec malaxari poſſint. Amoniacū vero leni manu teres vt puluis fiat: addeſqꝫ acetū vt pinguiꝰ fiat. Depoſito vero cacabo galbanum cum ſtyrace ſupmittes: ⁊ de ſpatula mouēdo cōmiſcebis poſtea oīa: deinde in mortario ſuper oīa cōdimenta fundes vel manibꝰ permiſcebis acetū: hocqꝫ facies aſſidue ſpargēdo ſuper quātum ſpecies poſſint cōbibere: ⁊ vteris. ¶ Item cōfectio medicamēti ſciaticis. ℞. ſalis cōmūis. ℨ. iij. ⁊ deñ. iij. leppidi. ℨ. j. ⁊ ſemis. amoniaci. vj. ſinapis. vj. piretri. j. ſtrutij. j. ⁊ ſemis. ariſtoloice longe. vj. camepitis. j. colophonie. iij. ⁊ deñ. x. olei veteris. ℨ. ix. ꝓpolinis. vj. reſine pituine ſicce. vj. ſtercoris colūbini ſemiunč. melibdene. iij. ⁊ deñ. iij. ¶ Item cōfectio nitri ſciaticis. ℞. adarcā: piretrū: ſinapis ſemen: ſtafiſagriā ⁊ nitruꝫ rubeū equis ponderibꝰ: que oīa contundes ⁊ cribrabis diligenter; in balneo vteris ſine vnguēto. ¶ Item ad coxarum dolorē ⁊ ad ſciam. Bruſci radicē ꝯtundes ⁊ in vino veteri decoques ad tertias: ⁊ tres cyathos exinde ieiuno dabis bibē. ¶ Itē herbe camipides quā piſcariolā vocāt teres ſi viridis ē deñ. iij. ⁊ ex aqua mulſa potionē dabis ꝑ dies. xx. ¶ Itēqꝫ ipſaꝫ herbā viridē ꝯtundes. panē aūt nauticū pridie infundes in aceto acro. poſtea ipſaꝫ herbā ꝯtunſaꝫ exprimes ⁊ adijcies ſalis tenera ꝑ modo ⁊ ſaponis gallici pillulas ⁊ in modū cataplaſmatis ſciatico induces a vertebro coxe vſqꝫ ad geniculū ita ne ſubˡfragmē tāgas ⁊ faſcia cīges: ⁊ cū ſudare ceperit in calida depones ⁊ ibi diutius faciat. Cū v̓o exierit ⁊ d̓ſudauerit tolles ⁊ locū ipſuꝫ oleo ꝑfricabis mirū effectū eſt. ¶ Itē cocleas crudas cū teſtis. xix. bulbos crudos. xxi. piperis grana. xxiij. in vnū ꝯmiſcebis ⁊ teres vt fiat in modū ceroti ⁊ inductū pāno exeūti d̓ balneo induces in coxā ⁊ ligabis ⁊ poſt triduū ſolues eūti ad balneū. ¶ Itē apij viridis ſiue apiaſtri radices ipſoſqꝫ verticulos rotundos ad modū ceroti facies ⁊ eūti de balneo īpones in pāno ⁊ poſt triduū ſolues in balneo. poſt pangra ꝑfricabis qd̓ ꝯficies ſic. Ceroſe. ℨ. j. argēti ſpume. ℨ. j. cere quātū ſufficit ⁊ poſt balneū īpōes. Hoc cerotū aliq totion appellāt. ¶ Itē malagina ſciaticō. ℞. pecule. ℨ. j. euforbij. iij. piretri. ij. ſulphuris viui. iiij. calefacies vero peculā vſqꝫ dū regelet ⁊ tunſa oīa ⁊ cribratā ꝑmiſcebis ⁊ in aludā inductū impones ligabiſqꝫ ac die tertia ſolues ⁊ duces in balneū ⁊ poſt balneū vteꝛ ceroto cyprino ⁊ oleo cyprino. ¶ Itē acopū ſciaticis. ℞. nitri. ℨ. j. cinaperi. ij. ſtafiſagrie. j. alcionei. j. cere. vj. therebyntine. vj. cyprini. iij. tapſiaſicylon. ij. tapſiaſcylon vero cū aqua maria ⁊ ſic alia ſoluta ꝑmiſcebis. ¶ Itē herbe camitrie viridi collecte mēſe. Maio manū plenā teres diligēter cū pipere ita vt acrū ſit, admiſcebiſqꝫ vini acri ſexta. j. ⁊ alterū ſeorſuꝫ pones ⁊ cū diſtemperatū fuerit in potione dabis calicē dimidiū ⁊ refundes de vino puro tātundē: ⁊ ita faces ꝑ dies. viij. ſicqꝫ facies vt ambos ſextarios adijciendo cōſumas. j. ſingulis diebꝰ dimidiā heminā bene calefactā ⁊ iaceat in ipſo latere obuolutus pānis vt ſudet donec digerat potionē abſtineat vero a balneis ⁊ recētibus carnibus ⁊ ſanus erit. Alij parū mellis adijciūt ꝓpter aſperitatē. ¶ Itē ad ſciā que quomodo ſemꝑ ex flegmate ſit dabis in primo gere ſemiunč. aut certe ſm̄ vires ⁊ menſurā tenebis. ⁊ poſt dies quattuor iniectionibꝰ curabis. Sed prima iniectio recipit hec. Cētaurie deñ. vj. coloquintide. j. ꝯtunſuꝫ radicis cucuma ſiluatice. vj. radicis bete. ℨ. j. ſulphuris. j. aneti. deñ. vj. aque ſexta. j. coqſqꝫ ad tertias ⁊ colabis: ⁊ in ipſam aquā addes mellis potionē ⁊ inijcies hora ꝑma expectabiſqꝫ opus iniectiōis vſqꝫ ad horā. iiij. vt bene purgeť. Poſt hec facies iniectiōeꝫ alterā que habꝫ olei ⁊ aneti potionē ⁊ adipis ſemiunč. caſtorij triti deñ. iij. Cōmiſcebis aūt hec ac tepida inijcies: ⁊ teneat q̄diu pōt. Cū v̓o hec oīa feceris exerceať ābulatio ꝑ dies. vij. Poſtea vt ꝑcuretur vtať iniectiōe iſta ꝑ dies plurimos vt cā diſſoluať. ℞. euforbij. ℨ. ij. tapſie. j. ⁊ ſemis. adarce. j. piretri. ij. ſinapis. j. ⁊ ſemis. eruce ſeminis. ij. piperis albi. ij. piperis nigri. j. ⁊ ſemis. bulbi ruſtici albi. ij. cere albe. ij. olei cyprini. ij. Hec oīa ꝯmiſcebis cū oleo ſuprascripto diligēter ⁊ vngēdo fricabis diu lēta ī alijs locis durioribus vnguēto puro vteris in ſtomacho vel medijs ꝓ̈ frigꝰ cū nardo vnges ⁊ vteris. ¶ Itē vermis terrenus effodiť ⁊ īponiť in catillū ligneū ſiſſuꝫ ferro alligatū aq̄ ꝑfundiť. rurſuſqꝫ ī eo loco ī quo eruť ē viuus ſuffodiť: ⁊ ea aq̄ ī eodē catillo bibiť. ¶ Itē qꝫ cocle crude trite ex vino mero cū pipere bibuť. ¶ Itē lacerta viridis dēpto capite ⁊ pedibꝰ cū ſterancis ꝯdita vt faſtidiū abigat ī cibo dať. ¶ Itē rubeā qua pelles ꝯficiuť quotidie bibere vtile eſt. ¶ Lauri itē ⁊ geneſtre rami pluribꝰ diebus ī aceto maceranť. deīde tunduť ⁊ coquuť ⁊ ex eo ſucco quotidie cyathus potui datur ¶ Fimus quoqꝫ bubuli calefacuts in cinere feruēti locis dolētibus in folijs cuiuſcunqꝫ holeris imponitur.

¶ Ad coxe dolorem. CAP. II.

Styracis optime. ℨ. j. caſtorij. j. euforbij. j. qd̓ nō ſit ꝑtunſuꝫ. piperis. ij. cymini barbari. ij. vini veteris aſcalonij. fortis ſexta. ſemis. Hec oīa mittes in ollā nouā capiē

tem ſexta.ij. addes quoqꝫ ſtercus colūbinū coq̄ſqꝫ in carbonibus modice ⁊ īde vnges coxā ſiue renes vbi doloꝛ fuerit. ℭ Itē vnctio ad dolorē coxe ſiue vtebri pbatiſſima. ℞.panacis ſemiūnc.laſaris optimi dcn.vj.ſemis cauliū tunſi ⁊ cribrati ſemiūnc.cymini tunſi ⁊ cribrati.ʒ.j.baccharū lauri tunſaꝝ ⁊ cribratarū.j.Panace vero ⁊ laſar infundes in vino veteri ⁊ poſt biduū nouū cum vino veteri calidiſſimo ſufficiēti ⁊ modice calefacies ad prunas ⁊ cōmiſcebis ſimul panace ⁊ laſar ⁊ calefacies agitādo in calido ſole vero contra pilum diutiſſime confricabis. ℭ Itē ad coxaꝝ dolorē. Artemeſia herba admixto aceto impoſita in triduo collit dolorē. ℭ Itē apocum ſciaticū. ℞.euſorbij myrre.ſtinapeni. lybani.cypriui ana.ʒ.j.que cōmiſcebis ⁊ vteris.

ℭ Ad geniculoꝝ dolorem. CAP. III.

Quinquefoliū adiecto modico ſale cōtritum aſperſumqꝫ aceto ⁊ genibus circūligatum efficaciter medet. ℭ Itēqꝫ bacchaꝝ hemina ficus aphricane lib.j.axūgie.ʒ.vj.cū vino veteri ſimul cōtunſa ⁊ illinita efficaciter pſanant. ℭ Item ad genua ⁊ ad pedes. ℭ Neruus de cruribus vulturis cōtundes ac talis impones:⁊ alligabis ſtatimqꝫ doloꝛ decidet. Eſt enim res phyſica ⁊ cōprobata ꝙ ſi genicula forte cōtracta fuerint lomentū ex faba in paſſo maceratū impones ac deſup cauliū folia alligabis. ℭ Itē aphronitrū maceratum cū lana ſucida imponitur.

ℭ Ad tibiarum dolorem. CAP. IIII.

Cardamomi herbe folia cū aqua tunſa ⁊ īpoſita ſanāt. ℭ Itē ad tibiarū tumorez folia herbe anagallidis p triduū alligata tumorē tollūt. ℭ Itē ad vlcera in tibijs ⁊ cruribus. Lomētum ſabatium ex aceto acerrimo ꝯſperſum teres diligēter ⁊ pāno inductū impones. ⁊ cū ceperit exiccari ex ipſo aceto ſuffundes vſqꝫ in diē tertium. ℭ Itēqꝫ vrſino adipe admixta rubrica ⁊ īpoſita magnifice ſanat:ſolusqꝫ adeps facit idem. ℭ Caprinum itē fel vel aprinū cum reſina ⁊ ceroto reſolutū vulnera que ſerpunt mirifice ſanat. ℭ Itē ſoꝛdes caſei ſicci ⁊ fimus ouis mollis pari pondere trita adiecto melle puſillo īfra dies.xx.curāt. ℭ Itēqꝫ ſi caprinū fimum ex aceto ſubferue facies ⁊ imponis ſanat. ℭ Lenticula itē ex aqua decocta addito exiguo mellis trita ⁊ impoſita ſanat. ℭ Ad maculas aūt tibiarū ex ictu recētes coriandrū ex aceto tritū ⁊ impoſitū eas inherere nō patit. ℭ Itēqꝫ ad tibiarū vlcera reſina cum ceroſa imponit. ℭ Cinere autē maxillaꝝ apri vel ſuis inſpergūtur.oīaqꝫ in his locis vlcera purgāt.ꝯplent pſanant.butyro ac medulla ceruſa felle itidē taurino cū cyprino oleo ⁊ hyrcio.

ℭ Ad talorum dolorem. CAP. V.

Muſculus ex oleo tritus ſedat vitiū ⁊ tumorē tollit. ℭ Itēqꝫ limus aquaticus cum oleo ſubactus ⁊ impoſitus pdeſt. ℭ Caprinus itez fimus ſiue bubul⁹ ex aceto decoctus ⁊ cū melle ſubactus vtiliter medet. ℭ Ad laxatos vero talos fimū caprinū ſiccū ſiue bubulū in puluerē redactū ac cum melle mixtū ⁊ impoſitum:laxatis tumorē ⁊ dolorē ſedare certū ē. ℭ Vitulinus itē fimus recēs laxui ⁊ tortis talis aliquo caſu ꝯtinuo īpoſitū non ſolū dolorē veꝝ etiā collectiones ac tumores mire arcet vt reprobatū eſt. ℭ Itez mulieris capillus q̄plurimus in cinerē redactus admixto ouiū adipe veteri ceroti modo illinies celeriter enim dolorē releuāt ⁊ priſtinā reſtituūt ſanitatē. ℭ Bubulas quoqꝫ īpoſitas ac deſup alligatas luxaturā experti ſanare pmiſere. ℭ Talis itē tumentibus fimus caprinus decoctus ⁊ ſubactus melle imponitur. ℭ Itēqꝫ pulmo marinus īponitur. ℭ Cācri quoqꝫ marini cinis ex oleo vtiliterqꝫ aqua fouētur in aqua coꝝ decoctus eſt.

ℭ Ad tumorem pedum CAP. VI.

Squille purgate lib.iiij.puleij.ʒ.vj.aceti ſexta.ij.mellis lib.j.ꝯficies ⁊ īpones mirabeꝛiſqꝫ eius rei effectū. ℭ Laua itez cū cinere calido oīa vlcera pedū ſanāt. ℭ Itēqꝫ fimi gallinacei vel colūbini cinis ex oleo vlcerationibus medetur. ℭ Tegmēti idem teſtudinis cinis ex vino ⁊ oleo tēperatus vlceribus pedum medetur. ℭ Seuo quoqꝫ pecudum cū alumine ſi plura ſint vlcera ſanant. ℭ Articulis vero fimus colūbinus tritus imponitur.

ℭ Ad perniones. CAP. VII.

Malue folia in cinerē redacta vulnera pernionū ſanāt ſparſa. ℭ Itē fomētum lanaꝝ ferue factū ī paſſo cretico aut aphro calidūz appones.hocqꝫ ter facies vl.iiij. ⁊ ſcias te curaſſe. Muſtus cocleaꝝ frequēter īponitur. ℭ Item dragantū infundes in mellicrate pridie glycirizā quoqꝫ ꝯtūdes ⁊ īfundes ī mellicrate ⁊ coq̄s. Lauabis ⁊ teres dragātū eque tritū diligēter admiſcebis qḋ cū ī modū ceroti medie tēpati feceris linies ī pedib⁹ vel manib⁹:qḋ ſi ſpiſſūz fuerit addes ō ipo mellicrate ⁊ vteris. ℭ Itē ſtypteriā coq̄s ī vino ⁊ ex hoc fouebis man⁹ ⁊ pedes ⁊ ſic ō ceroto ſupraſcripto illinies. ℭ Itēqꝫ aq̄ ī q̄ eruū decoctū ē vtilit fouebis. ℭ Fic⁹ itē aride diſcocta:⁊ cū cera liqda ſubacte ābuſtis ⁊ pnionib⁹ īponunt. ℭ Terrenoꝝ itidē vmiū cinis cū oleo īpōit. Silrqꝫ cornu⁹ caprini ꝯbuſti cinis cū oleo imponit. ℭ Item cocleaꝝ que nude īueniunt viuaꝝ ꝯbuſtarū cinere oīa pedū vulnera ſanāt. ℭ Fimi itē murini cinis ex oleo veteri īponit. ℭ Itēqꝫ agnin⁹ pulmo vel arietin⁹ imponit. ℭ Dētis itidē caballini ꝯtunſi farini ſublinitē emēdat. ℭ Lacerte quoqꝫ viridis ſanguis ſubtritus pedes illinitus ſanat. ℭ Adeps aūt anſerin⁹ addito alumine omnes rimas ſarcit pedūz.

Eruūz.i. orobum. Ambuſtis aſ cōbuſtis.

ℭ Ad interdigitia. CAP. VIII.

Salem tritūz cum oleo de lucerna ardēti bene mixtum inunges ⁊ miraberis. ℭ Vermiū itē terrenoꝝ cinis ī oleo veteri

teri impoſitus optime ſanat.

¶ Ad panaricij dolorem. CAP. IX.

Ermentū cum ſapone ⁊ ficu pingui tunſum ⁊ ſubactū īponit. Si aūt caro excreuerit ⁊ vngues ſeparauerit flos lētis inſulcit ⁊ cataplaſma de charte cinere ex aceto mixto ſuperponitur.

¶ Ad vngularum dolorem. CAP. X.

Enugrecū crudū tritū admixta aqua p cataplaſmate īponit: ⁊ ſanat. ¶ Ad vnguē leſum eijciēdū. Stafiſagriā tundes primo deīde teres ⁊ admiſcebis acetuꝫ poſtea īpones vſqꝫ dū ſanat. Cū aūt ceciderit fabaꝫ impone mire facit. ¶ Itē ad vngues ſi qd mali habuerit alumē ſciſton in teſtulā mundā īmittes: ⁊ in foco coqs: deīde tolles ⁊ aceto ſupſparſo extingues iterūqꝫ repōes in focū ⁊ cū opus fuerit ſupraſcriptū puluerē ſparges aut ſolutū cū vino puluerē illinies ⁊ poſt lintheū ſuppones ⁊ lintheolo vino īfuſo digitū obuolues ligabiſqꝫ ⁊ ſanabit. ¶ Itē vt vngues leſos emūdes. viſcū cū ſulphure viuo tere ⁊ infundes vngues. ¶ Itemqꝫ qnquefoliū tritū cū adipe īpones. ¶ Itē emplaſtrū p ſcadacānata. hoc eſt cū de frigoribus ī manib⁹ vel ī pedibus vulnus naſcitur que ſunt comede. ℞. ceroſe lib. j. cere albe. j. folij ꝯmunis ſiue amigdalini. j. ſpume argēti. Ceroſaꝫ vero ⁊ ſpumam argenti teres cum oleo diutius donec colorem mutent.

¶ Ad podagram. CAP. XI.

Orcellū dieꝝ. xj. nec min⁹ nec ampli⁹ occides ⁊ coqs diligēter: ita vt ſi fieri pōt oſſa decoquant: qb⁹ ſublatis teres carnes in mortario in modū cataplaſmi ⁊ īpones. ¶ Itē exptū ſtercus duoꝝ vel triū porcelloꝝ qđ inuenit in vētre occiſoꝝ feruefat in ſartagine cū aceti ſexta. j. ⁊ in ipſo dolore pedibus īponat. ¶ Itē īcipiētes podagraꝫ mirifice diſcutit. ¶ Bete cōbuſte cinis ſi leuiſſime admixta ſanguine bubulo īponat. ¶ Itē ad īpetuꝫ doloris. Salis ſexta. j. ſolues cū aqua tepida ita vt totū liquefiat. deinde mittes aceti ſexta. j. ⁊ agitabis diligēter. poſtea mittes aquā fontanā frigidā ⁊ tēperabis put delectat ⁊ ſpōgia fouebis diutiſſime loca dolētia ⁊ terges ac linies medicamēto ſubſcripto. Defriti partes quattuoꝛ quaſi teſſellas: ⁊ aphronitri ciuarij paſtillos nūero. v. teres diligēter ⁊ addes ouū vnū ⁊ rurſum tādiu teres donec in modū ceroti mollis fiat ⁊ linies pēna: qđ cū ſiccauerit lintheū ſuppoſitū calefet. ¶ Itē ad podagre dolorē ⁊ tumorē. Fimū colūbinū amoniacū carycas egrenatas ⁊ nitrū pari portiōe tūdes ⁊ cribrabis admixtis olei cyprini ⁊ melini ſingulis ſemiſſnē. ⁊ oībus in vnū mixtis in modū malagmi īpones dolorē ⁊ tumorē tollet ⁊ podagrā annoꝝ. x. ſanabit. ¶ Itē fenugreci coclearia. ij. cum aceti coclearib⁹. ij. teres diligēter ⁊ inductū lintheo īpones. ¶ Folia itē lactucaꝝ purgabis ita vt mediū thyrſuꝫ ⁊ venas tollas ac proijcias. folia vero elixabis in aqua infundes panē tereſqꝫ ſemote. Poſtea ſimul folia cocta molliſſime teres ⁊ tepefactū cataplaſma cū lintheo īpones. ¶ Itē ceratoriū podagricū expertū qđ facit ad artridicos. ℞. ſeui hyrcini lib. j. butyri. ℥. v. lini ſeminis fenugreci. altee aneti roſe meliloti aā. lib. j. ſoluēda ſolues ⁊ pmiſcebis omnia malaxabis. ⁊ vteris. ¶ Itē emplaſtrū faciēs ad podagricos qđ exiccat optime. ℞. melybdene lib. iiij. ſalis amōiaci. ij. lyppidos ſyderō: qđ ⁊ facit ad ſcyathicos. ¶ Itē defrictū ⁊ oua cruda ⁊ aphronitrum teres diligenter ⁊ tepefactū lintheo illinitū īpones. Herba itē euiſci tunſa cū axungia veteri ⁊ impoſita tertia die ſanabit. Huius herbe expimētatā viꝫ plures auctores annūtiāt. ¶ Itē cucumeris ſiluatici radices in aceto coctas teres ⁊ impones podagre. atqꝫ articuloꝝ morbo. Preſens enī remediū eſt ⁊ meli⁹ ſi oleū ſimul pari portiōe miſcueris. ¶ Itē torpedo nigra marina viua in oleo putrefiat ſiue in eo viua coquat ex qua cerotū facies de quo manus ⁊ pedes cōfricabis dolorē ſine mora tollit ⁊ neruos liberat: q ſi fel eius infricat pedibus dolore ſimiliter carebūt: ita vt coriuꝫ eius ſupponas. qđ q ei detrahet ocimo viridi man⁹ ꝯfricet. ¶ Itē pullos ciconiarū teres in olei dulcis ſexta. vij. decoqs ad tertias colabiſqꝫ ⁊ in ipſuꝫ oleū adijcies adipis vrſini lib. iij. ſeui taurini. ℥. vj. medulle ceruine. vij. olei laurini ſexta. j. myrtini. j. ſtercoris ciconie. ℥. j. ⁊ ſemis. ꝯficieſqꝫ repones ⁊ vteris. ¶ Itē ad aliud melius qđ in annos. lxx. curat. Fimū ciconie ⁊ axūgie veteris pteꝫ. j. ꝯmiſcebis ⁊ vteris ⁊ miraberis. ¶ Itē podagre: pituita ſiue ſanguis vbicunqꝫ ſe fixerit ⁊ dolorē nimiū fecerit. Fenugrecū in olla noua ex aceto acri ſiue vrina humana diſcoqs ⁊ teres in modū ceroti: qđ lintheo inductū quotidie īpones ſepius renouatū: qꝛ cito ſiccat ⁊ dū recēs eſt viꝫ habꝫ ⁊ ſanū citius facit. Alij vinū ⁊ oleū adijci debere tradūt ⁊ ſic decoqui. ¶ Itē ad podagrā curandā. ℞. cere lib. j. olei veteris cinarij. j. reſine frixe ſiue therebynthīe ſiue pituine qlē īueneris lib. j. nitri alexādrini. j. ⁊ ℥. iij. aphronitri albi. ℥. vj. lixiuie qua vtūt ſaponarij lib. j. ℥. iiij. Nitrū vero ⁊ aphronitrū teres diligēter ī mortario addes lixiuiā ſed paulatī augēdo atqꝫ terēdo donec totū expēdas ⁊ fiat tanq̄ cerotū. poſtea oleū reſinam ſimul ſolues in trulla ac mittes ſup ſpecies prius tritas ⁊ rurſuꝫ ſimul oīa teres donec diligēter miſceāt ex eo induces pāno ⁊ ſuppones pedi dolēti donec aperiatur ex ſemetipſo ⁊ humoꝛ digerat: ita vt aliud nihil ponas niſi mane vel ſero foueas prius emplaſtro mutato ⁊ cum humoꝛ ceſſauerit tantum ſiccum ſuperponas lintheum vſqꝫ dum ſanetur. ¶ Item cerotuꝫ ad hec. ℞. fenugreci bene purgati ſexta. iiij. quos infundes aqua lini ſeminis. ij. infundeſqꝫ ſeorſum euiſci pondo. quinqꝫ ſeorſuꝫ malue radiceꝫ plurimam: que omnia in aqua pariter coques: ita vt ad maximam mollitiem perducas poſtea colabis ⁊ mē

ſurabis ex eo ſexta.viij.admiſcebis olei.iiij.baccha-
rum lauri tunſaruꝫ.j.in vaſe duplici diutiſſime co-
ques donec ad mēſuram olei reuertat᷑: colabiſqꝫ ⁊
mittes reſine frixe.℥.iiij.laricis.iiij.iſopi ollaris.iiij.
diu agitabis donec frigidū fiat:de quo dolenti bis
vel ter in die pedes confricabis.hocqꝫ facies etiam
cū dolet bis in die. ¶ Itē cerotum ad hec.℞.her-
be pſonate ſucci ⁊ vini veteris ſexta.ij.medulle cer
uine.℥.iiii.ſeui ceruini.iiij.olei roſati.v.cere.ij.ſuc-
cum aūt ac vinum ⁊ oleū ſimul miſcebis in cacabo
nouo fictili ⁊ ad carbones ad tertias decoques agi-
tans cum canna.Seuū vero ⁊ cerā rades de canna
minutatim ⁊ ſupmittes.Cumqꝫ liqueſactū fuerit:le
uabis ⁊ in aquā frigidā pones:⁊ duꝫ ſeſe colauerit
quod ſupnatat manu colliges vinū colabis ⁊ proij-
cies.qd vero in fundo de ſucco inueneris exprimes
⁊ cuꝫ eo quod ſummo tuleris ſimul in mortario cō
teres ⁊ īducāi lintheo appones dolēti loco. ¶ Itē
emplaſtrū expertū.℞.ceroſe.℥.iij.ſpume argēti.iij.
cere punice.vj.axungie porcine veteris colate lib.j.
ceroſam vo ⁊ ſpumā in thebaico mortario tādiu te
ras donec in puluerē redigas.Cerā autē ⁊ axungiā
ſolues ⁊ puluerē totū paulatim admiſcebis:⁊ leua-
to cacabo mittes manū ⁊ agitabis tepidū donec om
nia ſoluant᷑.⁊ ſic in patellā fundes vt regelet:ſerue-
turqꝫ mūde ⁊ cum opus fuerit malaxatū oleo roſa-
to īponatur. ¶ Itē ꝯfectio medicamēti ad dolores
pedum.Nitrū alexādrinum ſine lapidib⁹ teres for-
titer:⁊ admiſcebis oleo ſauinēſi:⁊ coques lenit᷑ do
nec ſe colligat ⁊ denſet:induceſqꝫ lintheo ⁊ ſuppo-
nes.Hoc enim medicamētum dolores q ſunt intri-
ſecus citius foras pducat.Si aūt ſollicitus eſt q pa
titur p oleo ſauinēſi roſaceuꝫ mittes. ¶ Itē ad hec
cōpoſitio.℞.aneti viridis.℥.xvij.ſcylle viridis.xvij
olei gremialis ſexta.vij.⁊ ſemis.aque.vij. In oleo
vero ⁊ aqua macerabis acetū ⁊ ſcyllā p dies.iij.po-
ſtea ſimul coq̄s donec aqua deficiet ⁊ colabis oleū
⁊ mittes cere nouelle lib.ij.⁊ ſemis.ſeui porcini re-
cētis.ij.medulle ceruine.j.ſeu ſeui ceruini.ij.lique-
facies ⁊ ſuppones pedib⁹. ¶ Itē aliud ad hec.℞.
croci.℥.ij.cere.vij.ſpume argēti.iij.olei roſati lib.j.
ſeui porcini recētis.j.mellis.℥.iiij.lini ſemis ītegri
piſati ⁊ infuſi ſucci.iij.ſpumā aūt teres ⁊ ſuccū mit-
tes lini ſemis in quo crocum ſimul triueris: dehinc
oēs ſpecies reliquas in cacabo reſolues ⁊ agitabis:
que cū ſe miſcuerint ⁊ refrigerauerīt ſupmittes hec
in mortario que trita ſunt ⁊ cōmiſcebis.factūqꝫ me
dicamētum pāno īpones. ¶ Itē aliter ad dolorem
pedum ſeu manuū.℞.cere punice.vj.℥.aphronitri
candidi.ij.ſtactis ⁊ olei roſati lib.j.⁊ ſemis gūmi ſa-
uinēſis.℥.vj.ſtyptirie.iij.Styptiriā vero cuꝫ aphro
nitro teres molliſſime ceram ſolues cum oleo ⁊ pul
uerem admiſcebis addito ſuccu lini ſemis:⁊ agita-
bis donec ſe miſceat vel refrigeret:hinc malaxatum
ad vaporem dolenti loco corporis impones:⁊ lin-
theum ſuperpoſitum faſcia ligabis. ¶ Item ad po
dagram medicamentuꝫ.℞.ſeui taurini libras duas
⁊ ſemis.reſine marmoree ſimiliter.medulle ceruine
℥.ix.lapatij.ij.mente.ij.marrubij vnam gypſi tres.
herbarum vero puluerē ⁊ gypſum in vnuꝫ rediges
⁊ cōmiſcebis.Medulla vero ſeuum ⁊ reſina miſcē
tur ⁊ omnia mixta faciunt medicamētum. ¶ Item
confectio medicaminis ad pedum dolorē.℞.ſucci
ſymphoniace herbe ſexta.vj.⁊ cetrie.iij. quos mi-
ſcebis ⁊ decoques ad tertias:poſt hec mittes oleuꝫ
ſauinēſe vel aphrum ad ſexta.iij.adijcies ⁊ reſine fri
xe lib.duas.reſine marmoree.ij.axungie porcine ſi-
ne ſale.ij.Cum omnia hec ſoluta fuerint colabis ea:
⁊ poſtea addes cere lib.ij.⁊ ſoluta iterum ſimul bul
liant.reponeſqꝫ in cacabo fictili ⁊ cū non dolet quo-
tidie inde leniter vnges:quando dolor paulo am-
plior fuerit:amplius cōfricabis. ¶ Item emplaſtrū
armozos bene faciēs ad tumorem.℞.lythargyri.℥.
lxx.porcini adipis.lxxix.coques lēto igni. ¶ Item
emplaſtrum diaſtorion ad podagrā.℞.lexiue.℥.iiij
nitri alexandrini lib.j.⁊.℥.iiij.cere libr.j.therebyn-
thine vnam.olei veteris.j. ¶ Item emplaſtrum po
dagricum.℞.lythargiri lib.j.cere.j.cianij.℥.ij.calcā
ti cyprij.ij.nitri tres.ſalis ſuſci tres olei veteris lib.
tres.yu.℥.tres.aceti quod ſufficiat ad ſicca terēda
coques amolētum. ¶ Item ad hec.℞.herbe perſo
nate tunſe ⁊ manibus expreſſi ſucci ſexta.ij. medul
le ceruine.℥.iiij.⁊ ſemis.cere rubee ſpane.ij.olei ro
ſati.v.vini veteris ſauinēſis ſexta.ij.omnia autem in
oleo ſeparatim cale facta in ſtagnato coques.: ita vt
omnia ſoluantur:poſt hec depones ſtagnatum ſup
aquam ſontanam ⁊ cum regelauerit ſpecies tolles
cruſtocalatas:⁊ in mortario marmoreo diligēter te-
res ⁊ roſaceo perunctis manibus miſcebis. ¶ Itē
me dicamētuꝫ ad hec quod appellatur dramas.℞.
olei veteris lib.duas ⁊ ſemis.ſpume argēti duas.ce
roſe.℥.ſex.cere ſex.gutte amoniaci.iij.galbani. iiij.
⁊ ſemis.reſine laricis libr.vnam. meconij.℥. duas. i. papaueris.
Eſt autē ꝙoptimum ⁊ pbatiſſimum. ¶ Itē ad po
dagricos.Micas infundes in aqua ⁊ teres:addeſ-
qꝫ coriādrum:aphronitrum:⁊ lachrymam oui ⁊ mo
dicū olei ⁊ tepidū impones ſup pedē. Iterū lenies
⁊ ſuppones maluarum ſolia ⁊ ſic ligabis.Si autem
lintheū poſueris areſcit. ¶ Itē emplaſtrum ad do-
lorē pedum.Micas panis in aqua inſuſas teres ⁊
adiecto oleo coques ⁊ ſic pones in lintheo tenue.
¶ Item aliter Fenugreci farinam in aqua coques
⁊ poſt inſuſum panem teres ⁊ miſcebis:quo illini-
tum lintheum impones adiecto modico ſeuo porci
no. ¶ Itemqꝫ aliter vt lomentum ſabe ſubtile co-
quas:⁊ adiecto ſeuo porcino lintheo illinitū impo-
nas. ¶ Itēqꝫ radices maluarū cocte ꝯtūſe ⁊ ſuppo
ſite idē pſtāt. ¶ Herba qdē que policarius dicit᷑ in
aqua cocta ⁊ ſuppoſita bn̄ medet᷑:humorē vapora-
re facit. ¶ Item ad nodos ſoluendos.℞.there-
bynthine libram vnam.aphronitri vnaꝫ.galbani.℥.
quattuor.ppolei quattuor.gutte amoniaci.viij.lexi
ne quantum

ne quantū ſufficit. ¶ Itē vnctio ſauij clementis ad hoies ſolutos ⁊ ad oēs mēbroꝝ reſolutōne ſiue poda grā. ℞. olei ſauinēſis lib. xij. therebynthine. j. radicis cucumeris agreſtis. xij. cere. j. medulle ceruie. j. gal bani. j. ranas maiores de flumine. vj. in oleo vero ra dices cucumeris fricabis: poſtea colabis ⁊ ſic mit tes ranas in ſporteclā palmiceā ⁊ coques in oleo do nec diſcoquāt oſſaqꝫ pura remaneāt. ¶ Iſtud me dicamētū. Ualerius paulinus ſic ꝯficiebat. ℞. ſanſu ci li. j. ⁊ ſemis. mirociocini. j. folij. j. balſami. ℥. iij. ſan guinis. x. teſtudinū. Si vero crocinū nō eſt: yriacū mittes ſanguinē teſtudinum in ſanſucum colligēs. ¶ Itē vnguētū diacedrinū ad dolorē pedū vel ma nuū. ℞. cetria. ij. peucedanū ariſtologiā rotundam ⁊ ros marinū: ita vt he tres ſpēs ꝑ cetriā penſent. olei. ſauinēſis lib. viij. qd coqs vaſe duplici donec oleū ad tertias decoquat colabiſqꝫ oleū diligēter: ⁊ cera addita facies cerotū: exquo ſi laueris p diē ſecundo vnges: ſi minus ſemel. ¶ Itē trociſcus phyſic° ad dolorem ſuſpendendum podagre vel chyragre. ℞. terre alexādrine lente. ℥. ij. thuris maſculi. j. ⁊ ſemis herbe lentigle q. in aqua naſcit ſucci coclear vnum. aceti acri duo. Hec oia ſimul teres ⁊ penna illinies dolorē vehemēter leuat. ¶ Itē malagma. ℞. coſti. ℥. j. folij. j. gingiberis. j. piperis albi. j. iuſquiami ſe mis. j. ſulphuris viui. j. picis. v. pecule portionē vnā nitri aſſi. ℥. j. amoniaci. j. alcyonei vnā. Ex his q̄ ſic ca ſunt tūdes ⁊ cribrabis ⁊ cū primum pix ⁊ pecula reſoluta fuerint mittes amoniacū vt ſimul ſoluatur agitabis diligēter ⁊ cōmiſcebis deinde cū tepeſieri ceperint mittes que tunſa ſunt paulatim ⁊ agitabis diligēter: ⁊ ſupra marmorē aqua lotū fundes medi camē: qd tepeſactū colliges: vteris aūt ſic. Primum cataplaſma facies de nitro albo ⁊ bulbis tritis dili genter mixtū tēperatū cū vino leui: ita vt ſpiſſum ſit: qd tepeſactū ad carbones ⁊ pāno illinitū ſuppones ⁊ poſt triduū ſolues poſt qd ſtatim malaginata ſu praſcripta alute inducta pones medicamentūqꝫ me the qd facit poſt impetū podagre. ¶ Item ad ꝯfir mādos pedes. ℞. picis ſpane pōd. j. ⁊ ſemis ſpume argenti. ℥. j. ⁊ ſemis therebynthine octo ſeui taurini octo thuris octo cere. iiij. galbāi. j. ⁊ ſemis ⁊ deñ. vj. yu. ℥. j. ⁊ deñ. vj. opoponacis. ℥. j. ⁊ deñ. vj. olei ro ſa ti. ℥. iiij. olei veteris. x. vini veteris quātū ſuff. c. Fcm̄ medicamentū triduo in vino ſit ⁊ poſtea malaxabis cū oleo roſato ⁊ inductū linteo pedibus appones donec tumor q er dolore reſtitit auferat. ¶ Itē an tidotū podagricū. ℞. gētiane cretice. ℥. ij. ariſtoloi ce longe duas. ⁊ rotūde tres. myrre troclitis q̄ttuor. baccharū lauri purgataꝝ octo. reupōtici primi vnam ſpice nardi deñ. vj. q̄ oia ſimul tūdes ⁊ cribrabis: ac cipit autem menſibus continuis deñ. ij. in aqua ca lida. Alijs vero in mēſibus die intermiſſo deñ. ſingu lis ⁊ ſemis. alijs aūt duobus biduo intermiſſo ſicqꝫ facies donec cōpleant petitiōes. cccclxv. cetero tpe p ſingulos mēſes ſemel accipiat: eſtimabiſqꝫ aquā calidam quantum ē vini in calice minore. Hic autē abſtinēdū ē rebus pp antidoti huius virtutē. a por cina: bubula: veruecina: caprina. pedibus ouium ani malium: pipere: liquamine ſalſo: oleo: menta: faſcio lis alexādrinis cicere alexandrino: cedro: raſano: fa ba: rapis: porro: caulibus: cepis: cōdito ꝑter pullino ſine pipere ⁊ liquamine: ſine adipe porcino: vinum modicum bibat. nigrū vero acinaticū careuū ne bi bat. mulierem ante oia ne ꝯtingat: ſed ⁊ ſi ſomniaue rit tale aliqd. lauet ⁊ accipiat potionē habeat autē cū omni munditia vel ab eunucho in veſtibulo bo ti vel a puella ſeruatum. Sane ſi fortis fuerit accipi piēs vt citius curetur ꝯ vnius anni laborem. Hec autē maxime in cibo accipienda ſunt: pultes: fungi: arbutus: ſeu epoteos: liquamine quoqꝫ fungoꝝ vta tur. ¶ Itē conditum podagricum. ℞. coſti. ℥. tres folij. j. ⁊ deñ. ſex ſpice nardi vncias tres. gingiberis. j. ⁊ ſemis gētiane. ij. ⁊ deñ. ſex ariſtoloice longe deñ. ſex ⁊ rotunde tres. ſeminis aſparagi. ℥. ij. ⁊ deñ. ſex pione vncias tres baccharum lauri. ℥. vj. ⁊ deñ. ſex. mellis attici libr. v. ⁊ ſemis. vini veteris ſexta. octo. ¶ Item emplaſtrum podagricon quod dicitur an gelus. ℞. galbani vnciam vnam cere tres pice tres. butyri pōdera duo colophōie. ij. ſaponis. ij. ¶ Itē ad podagram. ℞. tapſie ſicule lib. vnā gutte amonia ci vncias octo reſine pituine lib. vnam cere vnā olei veteris vnam euforbij ſcrypulum. Tapſiam vero ⁊ guttam ante trita in vino veteri infundes: tertia die teres diutiſſime reſinam autem ⁊ ceram ⁊ oleum in ollam nouam mittes vti ſoluantur: ⁊ cum ſoluta fue rint mittes in mortarium vbi tapſia ⁊ gutta ⁊ ſic oia commiſcebis: ⁊ quoniam papula facit hoc ceroto vteris. ¶ Item teſtudinis decollate ſanguine pe des fricantur. ¶ Itemqꝫ ranas ad tertias in oleo in olla rudi q̄diu in modū ceroti fiant: ⁊ exinde pedes vnges. ¶ Aſinū aūt duabus ebdomadis furfure: ci babis abūdāter ⁊ occides ⁊ mox vētrē eius apies ⁊ pedes qui dolēt in vētrem eius mittes: ꝙ ſi in pri cipio doloris hoc feceris ſani erunt. Hūc aūt vētrē ſacho molli inuolutum in ſportam pones ne reſrige ſcat. ¶ Itē ad podagrā frigidā que fuerit ac vetu ſtiſſima. ℞. coſti vnciā. j. folij vnā. gingiberis vnam. ſulphuris vnā. piperis albi vnā. iuſquiami deñ. iiij. picis dure ſemiunč. picis liquide portionem. que vero ſicca ſunt tundes ⁊ cribrabis. Cumqꝫ pix vtra qꝫ bullierit addes que tunſa ſunt ⁊ miſcebis dilige̅ ter. Poſtquam vero coxeris ſuper marmor aſper ges aquam ⁊ ſic effundes medicamentum qd cū ſe refrigerauerit: repones in alio vaſe ⁊ cum opus fue rit induces alute ⁊ ſic impones. ¶ Item antidotum podagricum. ℞. cametrie vncias. ix. cētaurie ⁊ epi carpi octo. ariſtolocie longe ſeptem. gentiane pōtice ſex. hyperici quinqꝫ. petroſilini quattuor. fu. pontici tres. albi aſari. ij. meu adamantici vnā. mellis attici ſexta. vnū. ¶ Itē vnctio podagricis. ℞. anſerini adi pis. ℥. quattuor cere ſex therebynthine quattuor.

Lentigle aſtericule

ſucci lini ſeminis.x.coloſonie.iiij. lactis bubuli.vj.
amoniaci.ij.lybani.ij.butyri.vj. vitellos ouoꝝ.viij.
factaqꝫ vnctione leniter vnges.¶ Itē emplaſtrū po
dagricuꝫ.℞.pulueris roſe.℥.vj.corticis granati.vj.
miſci.iij.calchāti.v.lythargiri.ij. cyperi.iiij. piperis
iiij.cere.iij.cocleaꝝ vſtarū.iij.galle.iiij.porri lib.j.⁊
℥.iij.panis autopiri lib.j.diacilō.iij.ſucci lapatij ſex
ta.j.olei veteris.j.⁊ ſemis.vini veteris ſilr̄.aceti he-
minā.j.Cōficiatur aūt ſic.Prius mittes ſuccū lapa
tij.oleū:porrū:lythargiriū:cortices granati:⁊ moue-
bis in ſoco q̄diu bene diſcoquantur.poſtea mittes
dyacilō cum cera ⁊ miſcebis q̄diu vnū corpus ef-
ficiatur ⁊ ſic mittes ꝑ ꝑtes dū coquit̄ ⁊ leuabis de
ſoco.¶ Itē emplaſtrū podagricuꝫ.℞.pecule lib.j.
cere.j.oloſanti.℥.iij.galbani.ij.olei veteris.iiij.colo
ſonie.iiij.¶ Itē epitis manethonos.℞.cere .℥.vj.
coloſonie.iiij.⁊ ſemis.adipis anſerini.iiij . butyri.x.
olei veteris.xiiij.ſucci lini ſemis.iij.lactis bubuli.xij
⁊ ſemis.thuris.ij.amoniaci.iiij.ouoꝝ vitellos octo.
¶ Item picis.℞.amōiaci.℥.ij.lybani.ij.terij.ij.ſuc
ci lini ſemis.v.coloſonie.ij.lactis bubuli.v. adipis
anſerini.iij.olei veteris.v.butyri.v.cere.iij. galbani
ij.oua.v.¶ Item antidotū podagricum.℞. reupō
tici.℥.ij.⁊ deñ.xiiij.ariſtolocie longe.℥.j.⁊ deñ.xx.
ſpice nardi deñ.xij.gētiane. ℥.ij.⁊ deñ.xiiij.myrre
troclitis.℥.ij.⁊ deñ.xviij.bettonice.℥.ij.⁊ deñ.xviij.
camitrie.℥.ij.coſti deñ.x.baccharum lauri ſiccarum
℥.ij.folij denarios.x.que omnia tundes ⁊ cribrabis
⁊ in vaſe vitreo recondes ⁊ accipiat qui patitur per
totum annum diebus exceptis quando ſunt cyno-
caumata.Potiones vero quas nō accepit primo an
no:ſequēti āno accipiat.Mēſura potionis eſt deñ.
iij.Oportet vero accipiētem abſtinere a venere.La
uacro vero vtatur in.v.dies.ſumat vinū nigrū ſti-
pticū ⁊ dulce ⁊ holera.A cepis vō cucurbitis apio-
qꝫ abſtineat ⁊ piſcibꝰ de ſtagno ac fluuialibꝰ.Abſti-
neat quoqꝫ ab āſeribꝰ ⁊ anate ⁊ ab oībus carnibꝰ pī-
guibꝰ a carnibꝰ ēt bubulis ⁊ veruecinis ab oī gene-
re legumīs.¶ Itē ātidotū podagricū exptū.℞.reu
pōtici.℥.ij.⁊ deñ.xx.ariſtolocie longe vnā ⁊ deñ.xx.
gentiane.ij.⁊ deñ.xiiij. myrre troclitis duas ⁊ deñ.
xviij.bettonice cretice.℥.j.⁊ deñ.octo.Cametrie.℥.
ij.⁊ deñ.xviij.folij ſemiunc̄.bacchaꝝ lauri ſiccaꝝ ⁊
purgatarū.℥.ij.puleij cretici vnam.peucedaui mō-
tani ſemiunc̄.que omnia ſimul teres ⁊ cribrabis ⁊
dabis per ſingulos dies denarios.ij.cum aqua ca-
lida a kaleñ.ſeptēbris vſqꝫ ad kaleñ.maias.¶ Iteꝫ
muſcus qui in aqua naſcitur tritus ⁊ impoſitus ꝓ-
deſt.¶ Farina itē frumenti cocta ex aceto imponi-
tur:vtiliter quoqꝫ dolor pungitur: in quo decocta
ſunt ranarū inteſtina.¶ Itemqꝫ rane rupete cinere
cum adipe veteri.¶ In paluſtribꝰ leno naſcitur in
aqua nō ꝓfluēte refrigeratoria ſine cōparatiōe:hec
īponit̄ vel ꝑ ſe trita vel cū polēta.¶ Adipe itidē vi
perino ſanguiſe quoqꝫ milui pedes pungūt̄.¶ Cuī
ſci item radices coctas cū axungia miſcebis ⁊ cata-
plaſma pedibꝰ īpones.¶ Itē vrtica trita cum colū
baꝝ ſanguiſe apponit̄.¶ Adipe quoqꝫ vitulini ma-
rini pedes pungunt̄.cuiꝰ ⁊ pellibꝰ calciari cōuenit.
¶ Rane itē aquatice diſcerpete ſubinde recentes
īponunt̄.¶ Lenit ⁊ plātago cū axūgia.¶ Item li
mus aquaticꝰ cū oleo ſubactꝰ mire ꝓdeſt.¶ Vrſi
no itē adipe ſeuo taurino cū cere pari pōdere deco
ctis vtunt̄.¶ Bubulū ēt fimū cū aceti fece magni
ficāt fimi ſilr̄ caprini cinis cum axūgia veteri ꝓdeſt.
Cū vero plura malaginata adhibeāt hi q̄ hoc malo
laborant:ꝓut illa apud vnūquēqꝫ cōmēdat mōſtrā-
tis auctas ponā cōpoſitionē de qua nemo q̄ vſus ē.
q̄ſtus eſt.℞.picis brutie.℥.vj.⁊ ſcrypulos ſeptē ce-
re pontice ſilr̄ reſine frixe ſilr̄.galbani ſcrypulos.xj.
amoniaci ſemi.q̄ oīa in cacabo nouo cōpones ⁊ co-
ques ad vnū feruorē bonū:ī mortario aūt teres hec
Euforbij.℥.j.ſtyptirie ſcytſos.j.thuris pollinis.ix.
opoponacis.ix.fellis taurini.viij.ſalis amoniaci.vj.
his ſuffundunt̄ aceti acerrimi cyathi tres:tū qd̄ ī ca
cabo coctū eſt:mortario īponit̄ ⁊ piſtillo ꝑmiſcetur.
Cū vero eo vtēdū ē alute illinies qꝛ ſi indurauit mo
dice ad ignē calefactū manibꝰ ꝑfricabis ⁊ ſic molle-
ſcet.hoc medicamētū nō coinquat vires in vſu nō
ꝑdit appoſitū reſeruari pōt. Sunt ⁊ q̄ potōe poda-
gra ſint liberati.Cuius cōpoſitionē ſubijciā:⁊ quē-
admodū ea ſit vtēdū pandā.℞. cametrie lib.j.cen-
taurie.℥.iij.ariſtolocie rotūde.iij. ſtechades.iij.aga al' ſticha-
rici.iiij.cyperi ſemis quadrātē.aloe.℥.iiij.⁊ hec pō dos.
dera ſingulaꝝ ſpērū expēdi opꝫ ⁊ trita cribrataqꝫ ꝑ
miſceri ex mellis attici lib.vj.⁊ in vitreo vaſe recon
di.Vſus aūt huius potiōis talis eſſe dꝫ vt ſumat̄ a
ieiunis q̄ bene cōcoxerint ⁊ ꝑ numerū dierum anni
adiecto vno die ſi dies continuari nō potuerint ꝑꝑ
cruditateꝫ aut languorē aliquāqꝫ cauſaꝫ :quotquot
intermiſſi fuerint totidē reſtituantur. Potionis ve
ro menſura erit vt deñ.argentei bibatur pond.ex
tribus cyathis aque ſemel in die.

¶ Ad neruos articulos ⁊ attridicos.CAP. XII.

Articuli ⁊ frigora ⁊ pruinas ſuſtineāt ne
adurantur .malo terre contunſo adiecta
axungia veteri perunguntur.¶ Item fi
mus caprinus in puluerem redactus ⁊
ex melle acetoqꝫ coctꝰ ⁊ ꝓ malaginate īpoſitus arti
culoꝝ dolores ſanat.¶ Itēqꝫ vrſinū fel articulis in
fricatū dolorē ſedat.¶ Vitulinꝰ quoqꝫ ſiue bubuli
fimus recens cū creta argētaria ex aceto coctus ⁊ ar
ticulis dolētibꝰ illinitus dolorē ſedat.¶ Adeps itē
vulturis cū felle eius inungit̄.¶ Iecur etiaꝫ eiuſ-
dē calefactū ⁊ tritū cū axūgia imponit̄. ¶ Beta iti
dē ⁊ ficꝰ pari mēſura trita ⁊ impoſita morbis articu
lorum medent̄.¶ Agrifoliū ſimiliter tunſum addi
to ſale ⁊ oleo prodeſt. ¶ Idē ſeuū pecudis cuꝫ ci
nere capilloꝝ mullieris facit.¶ Neruorū vero no-
dis capitis viperini cinis cum oleo cyprino īponit̄.
¶ Terreni itē vermes triti cū melle imponūt̄.ſty-
rax quoqꝫ illinit̄.fimus quoqꝫ caprinus decoctus ī
aceto

aceto tritus cum melle apponitur. ¶ Item tremulis inutile eſt mãducare holera ⁊ panẽ ex aq̃ ad balneũ quoqꝫ vngi opꝫ oleo qđ in caſtoreo additũ eſt. ¶ Itẽqꝫ articuloꝝ fracturis cinis ex femoribꝰ pecudis cũ cera medetur. ¶ Articuloꝝ nihilominus dolori fimus caprinus ex melle ſeu paſſo potui datus ꝓdeſt ⁊ ſupuratis neruis medetur expurgatqꝫ ⁊ ad ſanitatem ꝑducit. ¶ Itẽ potio ad morbũ articuloꝝ. ℞. lugibonis radices nũero. xv. plãtaginẽ rotũdam cũ radicibus ac folijs parte dimidia. rodonabis radicis quãtũ plantaginis eſt. herbe balſamarie folia ꝓpenſius ardiſſe minoris q̃ plãtagĩs verbene ſilr: quas oẽs herbas ſimul teres addens mellis põdera tria piperis ſemi. ⁊ temperabis ĩ vini ſexta. vj. prius tñ q̃ piper mittas lintheo colabis ⁊ addes piper ſingulaſqꝫ potiones in balneo dabis. ¶ Itẽ potio ad attridicos. ℞. thymi deñ. vj. quos in aq̃. ℥. tribus teres ⁊ grana piperis. viij. ⁊ dabis hoc p̃ma die bibere. ſecunda thymi deñ. iiij. piperis grana. v. in aq̃ ſupraſcripta: liquamine vero abſtineat ⁊ porcina qñ bibit. ¶ Itẽ ad attriſin ⁊ ad ſciam. Herbã agrimoniã teres ⁊ cribrabis accipieſqꝫ coclear plenum ⁊ mittes in vinũ vetus potionẽ ⁊ tepefactũ in ſolio bibes ita vt ibi moram facias. ¶ Itẽ vnctio ad attridicos. ℞. euiſci pondera duo caſtorij. ℥. iij. panacis pond. duo. herbe doutezc duo. que infundes ĩ vini veteris ſexta. xij. ⁊ coques donec herbe bene cocte intumeſcent ⁊ teres quouſqꝫ vinũ miſceatur. poſtea iterũ ſicca adijcies herbe ſauine põdera tria. roſe ſicce lib. j. adarce. ℥. ij. euforbij. ij. cymini ſex piperis. ij. trita prius ⁊ cribrata. ¶ Itẽ alia. ℞. iſopi ollaris. ℥. vj. cerij. vj. ſeui taurini. vj. medulle ceruie. vj. olei rutacij pond. tria. q̃ ſic ↄficies. mittes rutam adipẽ ⁊ pulueres ſupraſcriptos ⁊ oĩa diligenter admiſcebis: q vero vngẽdus eſt poſt balneũ calente corpore vtat᷑: ⁊ cũ diligẽtia ſibi attẽdat ꝑ triduum: ⁊ ſic hẽat illam vnctionẽ. poſt hec lauet᷑ ⁊ eadẽ faciat ſimiliter. ¶ Itẽ ad articulorũ vel nodorũ dolorem. Marrubiũ viride cũ ſale teres ſuccoqꝫ ex eo facto loca dolẽtia fricabis. ¶ Itẽ ad hec ⁊ ad eos qbus. nerui expaueſcũt. Euforbij. ℥. iij. ⁊ ſemis galbani ſimiliter caſtorij ſilr panacis ſilr. medulle ceruine. v. therebynthine. vj. reſine frixe. j. ⁊ ſemis. reſine pituine ſilr ſulphuris viui. vj. betonice. iiij. cetrie. iiij. cere lib. j. ⁊ ſemis nardi. ij. olei cyſarij lib. v. ¶ Item amphiſbena mortua neruorũ doloribus alligatur. ¶ Senectus quoqꝫ ſerpẽtium in corio taurino appendit᷑. ¶ Folia item vitium trita ⁊ admixta ordeacee farie articularibus morbis imponunt᷑. ¶ Inciſos vero articulos aranei tela cõmodiſſime curat.

¶ Ad ſyderatos. CAP. XIII.

Aſinini pulli vrinã ⁊ aſine matricis vngulaſqꝫ poſteriores in cinerẽ redactas ⁊ axungiã eius admixto nardo coq̃s vt ſit q̃ſi cerotũ: ex q̃ corpe puncto liberabitur vt mireris: qđ ⁊ ad podagrã facit. Syderatis v̾o remediũ qbus manus: pedes ⁊ faciẽ euertit facies cõtinuo. ℞. herbe artemeſie folia: mẽtã: bdelliũ: opoponace: oleũ ciprinũ: q̃ oĩa miſcebis ⁊ coq̃s ⁊ vnges ꝑ dies. iiij. qđ ſi nõ fuerit reuerſus: dimittas: ſciẽs eũ ita ira dei eẽ ꝑcuſſuꝫ. Ad ſideratos fel taurinũ ⁊ ſulphur viuum coques ⁊ ex eo ꝑunges mirificum remedium eſt.

¶ Libri tertij. De medella febriũ quarũdaꝫ: Apatũ: ſolutiõis ↄtinui: ⁊ morſu venenatoꝝ aĩaliuꝫ. Tractatus primus. De febribus.

¶ Ad febres calidas intercidẽdas. CAP. I.

Medulla ceruſa adipe aſeris adipe porcino recenti ⁊ exiguo cere ꝑunges ſero: ac ſtatĩ de ſucco lini ſemis. ¶ Itẽ qꝫ aſine lac tepiduꝫ facit. ¶ Cotonia itẽ matura ⁊ roſaꝫ ſiccã ⁊ papaueris capita ſicca in olla rudi cũ aq̃ decoq̃s ⁊ ex hoc dabis bibẽ. ¶ Itẽ portiagla ⁊ apiũ tũſuꝫ cum axũ- al' portu-
gia colata ⁊ oleo roſato ⁊ lactuce folijs ⁊ raſura cu- laca.
curbitaruꝫ ⁊ ouis crudis permixtũ ⁊ in modũ ceroti pectori impoſitum ardores ac ſubitos dolores emitritei ⁊ febres emẽdat. ¶ Item ad ardorem ſtomachi febriẽtis. Roſaceũ in aquã calidã mittes ⁊ agitabis in carbonibus quo platulã lineaꝫ infundes ⁊ ſtõacho ſuppones. ¶ Itẽ mellis lib. j. adipis porcini recẽtis colati. j. olei roſati. j. cere. j. argẽti ſpume. ℥. ij. teres aũt ſpumã ⁊ ſimul decoques: deinde croci triti mittes. ℥. ij. ⁊ teres in lintheolo inductũ ſuꝑ ſtomachuꝫ. impones. ¶ Item ad hec ambroſia. ℞. olei roſati lib. j. ⁊ ſemis cere. j. ⁊ ſemis. croci. ℥. ij. ſucci raſure cucurbite q̃tũ ſufficit medulle ceruine. ℥. iiij. ſeruacies aũt cerã ⁊ medullã cuꝫ oleo tepefacto cerotario: addes ſuccũ ꝑ ꝑtes ⁊ teres diligẽter: poſtea addes crocũ ⁊ diutiſſime teres: ꝑmiſcebis ⁊ facies paſtillos ſeruabiſqꝫ ⁊ cũ opus fuerit teres cuꝫ ouoꝝ vitello. Cũqꝫ vnũ corpus fuerit lintheũ illinitũ impones ſuper ſtomachũ. ¶ Itẽ ad ardorẽ ſtomachi in febribꝰ q̃ nõ declinãt. Ex lini ſeminis farina cũ albo oui facies cataplaſma ⁊ frigida ſuper ſtomachũ pones. ¶ Lactucas autẽ ĩ calida coques ⁊ teres cũ albo oui ⁊ ſtõ ſuppões. ¶ Itẽqꝫ raſure cucurbite ⁊ vue acerbe cũ albo oui ĩponunt᷑. ¶ Raſura itidẽ cucurbite ⁊ crocũ equale cũ albo oui imponit᷑. ¶ Itẽ ↄfectio ambroſie. Cere lib. j. olei roſati. ℥. vj. olei camomille. vj. axũgie recẽtis lib. j. croci. ℥. j. litargirij. j. meliloti. j. ⁊ ſemis. ¶ Itẽ iniectio ad febres calidas. Succus lini ſeminis cũ oleo roſato ſeu cãomille bñ faciet. Si v̾o nimiũ febris eſtuauerit. Plãtagĩs folia viridis ⁊ caules ſimul tũdes ſuccoqꝫ eoꝝ corpꝰ ꝑunges. ¶ Item ad ardẽtiſſimã febrẽ. Herbã que dicit᷑ Iouis barba cõteres ac ſuccũ eius exprimes ⁊ miſcebis cũ cinere aquatice lane ⁊ addito oleo roſato ꝑunges tũc egrũ coopcries

inde ſomnus irruet ⁊ ardor cõpeſcetur. ¶ Ite⁊ ad
febres axungiã leoninã manu ſubiges ⁊ totu⁊ cor
pus punges. ¶ Ruta itẽ cum oleo ſubacta totũ cor
pus punges. ¶ Itemq⁊ lilij radices .iij. aũt .v. croci
deñ .v. macerabis in aque quartario .j. ⁊ ouoꝝ .iij. vi
tellos teres bene ⁊ adijcies olei roſati quãtũ ſuffi-
ciat ⁊ īde totũ corpus punges ꝑter manus ⁊ pedes.
¶ Item vt febrem tollas. Nucleos tritos ex aqua
calida dabis bibere. ¶ Itemq⁊ vt febres foris eij-
cias. Siliginẽ in aqua recentẽ macerabis ⁊ teres in
mortario cum tribus ouis duris ⁊ pãno īducto ad
ſtomachum ligabis. Si quis vero febres patiṫ ⁊ fa
tigatur aut anguſtias patiṫ daptylos ꝗ̃plurimos ⁊
adipẽ aut recẽtẽ aut vetuſtũ in recẽti aqua macera-
bis donec exalleſcat. deinde ī mortario teres vt vnũ
corpus fiat ⁊ pãno induces quaſi cataplaſma ⁊ ſto-
macho impones nocte: ſed prius daptylos tritos in
careno aut ſapa macerabis. ¶ Itẽ vt febrem tollas
⁊ vt ex infirmitate pallidũ ad bonũ dolorẽ ꝑducas
ciuaria ⁊ lupinos dulces ieiuno in cibum dabis.
¶ Succum itẽ calamẽti ⁊ oleum roſatũ equis pon
deribus ↄmiſcebis ⁊ ſic punges. ¶ Itemq⁊ herbã
que vocatur canis lingua menſe Iunio tũdes ⁊ vuã
exprimes ſuccoq⁊ eius egrum ꝑfundes.

¶ Ad hemytriteum. CAP. II.

Ranulas paruas virides capies ⁊ aper-
to vẽtre viuaꝝ harũdine inteſtina auſe-
res ac pijcies. illas vero mittes in ſta-
gnatũ nouũ ⁊ frigis: qbus ſublatis mit
tes in oleũ cerã ⁊ facies cerotũ molle ⁊ ab auribus
vſq⁊ ad pedis vngulas triduo punges: ⁊ non lauet:
ſanus erit q2 vulnera exeunt ꝑ corpus a qbus cito li
berabitur. ¶ Itẽ potio ad emytritheũ ſiue ad leui
ſcos. Croci deñ .ij. nardi .ij. abſentij põtici .ij. enule
iij. que oĩa cribrabis ⁊ cũ opus fuerit: dabis coclear
dimi. in aqua calida. ¶ Itẽ potio. ℞. coſti deñ. dimi
diu⁊. folij deñ .j. ⁊ ſemis. ſpice nardi .ij. croci .iij. ſem
peruiue cauliculũ .j. aut certe ꝓut videris magnitu-
dinẽ cauliculi dabis cũ aq̃ calida. ¶ Itẽ herbã ca-
momillã cũ roſa ſicca coq̃s ⁊ ipſa⁊ aquã cũ colaue-
ris mittes camomillinũ oleũ ⁊ farinã lini ſemis co-
ques ⁊ vteris tepido: ſed alij tãtũ d farina ordei ⁊ li
ni ſemis ⁊ oleo camomillino faciũt. Alij daptylos ca
momillã ⁊ melilotũ aq̃ īfũdũt ⁊ coquũt ī quã mittes
farinã lini ſemis ⁊ ordei coq̃ſq⁊ ⁊ ita cataplaſmabis
ſ⁊ cũ q magnis laborat febrib⁹. ¶ Itẽ trociſcus ad
hec ⁊ ad febricitãtes vt ñ ſentiãt. ad ardorẽ ſtomachi
ad febres ⁊ ad ſolis ardorẽ nimiũ. ℞. ſucci glycirize.
ʒ. vj. ſemis cucũeris hortẽſis .iiij. dragãti .ij. q̃ teres ſi
gillatĩ ⁊ ꝑmiſcebis cũ albo ouoꝝ ⁊ facies catapucias.

¶ Ad febres periodicas. CAP. III

Tile eſt vngere cũ oleo ⁊ ſale. ¶ Can-
cros itẽ fluuiales teres in oleo ex aqua
hinc ante acceſſionem .ij. cere vnc .vj.
ſucci lini ſeminis ſex. rodini. lib. vnam
⁊ ſemis. ¶ Item lyxoperita ambroſia valde optĩa.
℞. litargirij lib .j. rodini .j. mellis .j. ſ⁊ prius facies ce
rotũ. poſtea mittes lithargyꝝ ⁊ ſeruefacies vt ſupra
fortius leuabiſq⁊ de foco ⁊ cũ ſpata agitabis donec
refrigeſcat. ¶ Itẽ delphini iecur añ acceſſionẽ gu-
ſtãdũ daṫ. ¶ Itẽq⁊ ī aſelli picis capite lapilli q ple-
na luna iueniũ ſunt alliganṫ. ¶ Oculus itẽ lupi de
xter ſalſus alligaṫ añ meridiẽ quoq⁊ danṫ hemie .iij.
potui in ī qb⁹ addite ſunt gutte .iij. ſanguis ex vena
aſini quã ī auricula h⁊ recidiuas aũt febres ꝓhibet
lacerta viridis viua alligata ī vaſcello qd ea⁊ capiat.

¶ Ad quotidianas. CAP. IIII.

Abis bibere mentã tritã ex aq̃ cyathis
ij. ſtatiq⁊ ſanguis e narib⁹ exit. ¶ Itẽ
coſtũ tritũ ⁊ admixtũ oleo añ acceſſio-
nẽ punctos a febrib⁹ liberat. ¶ Beta
itẽ agreſtis cũ oleo roſato totu⁊ corpus perunges.
¶ Itẽq⁊ rute ſuccũ cũ vino bibat q põtq2 vehemẽ
tiſſim⁹ ẽ. ¶ Itẽ ad horrores Betonice deñ .vj. aq̃
calide cyathos duos ex vino auſtero ſub acceſſiõe
dabis bibere ⁊ ſudabit.

¶ Ad tertianas. CAP. V.

Ub acceſſione pauca grana apij ſemis cũ
aq̃ calida bibat. ¶ Itẽq⁊ ſuccũ trifolij ho
ra pria dabis bibẽdũ ei q patiṫ. ¶ Folia
item de ꝑſico ⁊ modicum laſari teres ⁊ da
bis potionẽ Ruſumq⁊ ante acceſſionẽ tria gña co-
riãdri deuoret. ¶ Melicratũ item frigidum bibat.
¶ Itẽ añ ſolis ortũ ſpõgie aphricane cinis ex oleo
vel aceto fronti illiniṫ. ¶ Itẽq⁊ cãcri fluuialis ocu
li cruti alligauṫ: ⁊ ipſe cãcer in aq̃ remittiṫ. ¶ Pu-
lei ſiſſ ramus ī lana iuolutus ante acceſſionẽ olfaciẽ
dus daṫ aut ſtrato ſubdiṫ. ¶ Urtice itẽ autũnalis
radix alligaṫ. Is vero qui eã effodiet de⁊ noĩare eũ
cui medeṫ ⁊ qbus parẽtib⁹ natus ſit. ¶ Itẽ her-
ba q̃ influminib⁹ aut riuis naſciṫ alligata in leuo bra
chio qd ſit neſciẽtis tertianas diſcutit. Legi añt de⁊ añ
ſolis ortũ ſicut eũ q colligit nemo videat. ¶ Itẽq⁊
aranci tres cuilib⁊ emplõ īfrincanṫ. ⁊ idẽ empl̃m vt
libet ī aluta tanq̃ anacolima īponiṫ. Ante acceſſionẽ
quoq⁊ aque frigide .x. ʒ. bibuntur.

¶ Ad quartanas. CAP. VI.

Ini optimi ſpateni vel peccininũ vel pu
to adriãti aphri ve ſeu burdi gallici põ-
de .ix. pẽſabis. hinc quotidie in maiori
calice potionem dabis vini calefacti ie
iiuno donec totum bibat ⁊ ſanus erit. ¶ Item pa
rum croci quantum tribus digitis leuatur teres ⁊
ex aqua calida dabis ſub hora acceſſionis iam ſu-
ſpecta. Communiter autem ad omnes typos fa-
cies pannum talem. ℞. axungie libram vnam picis
vnam abſentij tenelli vnam primumq⁊ teres abſen-
tiũ ⁊ dehinc picem. poſtea ſimul oĩa in pila tũdes in
modum ceroti ⁊ panno illinita per totum pectus ⁊
ſtomachum ac vẽtrem pones habẽdum iugiter .v.
diebus ac noctibus. ¶ Item cataplaſma ad quar-
tanas. ℞. farie bacchaꝝ lauri ſexta .j. fenugreci .j. fari
ne lupi.

ne lupi.j.ſape heminā.j.caryœas nūero.xxx.oleū lau-
rinū ad vngēdū ſtomachū habebis prius vero ſacel
lo de ſurſure p ꝗ̄ triduum ſouebis ⁊ ſic cataplaſma
bis. ¶ Itē apocus thermanticus ad quartanas. ℞.
therebyntie.ʒ.vj.cere ſimiliter medulle ceruine ſilr
gutte amoniaci ſilr galbani ſilr aphronitri ſilr iſopi
℥.j.piperis.j. myrre.j.vini cyathos.ij. mellis attici
ij.olei veteris.ʒ.lxx.hyrini ſexta.j.ſoluta vero reſol-
ues i olla ⁊ ſic mittes ſicca trita ⁊ cribrata: ⁊ ſic oib⁹
ꝑmittis vteris. ¶ Itē ad quartanas exptum. ℞.ca-
ſtorij.vj.panacis regij.vj.opij.vj.iuſquiami.ij.mel-
lis quantū ſufficit dabis ante horā dimidiā acceſſio
nis ad magnitudinē fabe egyptiace cū vino mixtuz.
¶ Itē caput claui quo aliqs in crucez fixus eſt alli
gat͛ pāno. ¶ Fimi itē bubuli cinis ſpargit͛. ¶ Itē
qꝫ vrina pueri illiniuntur primi digiti i manibus ⁊
pedibus. ¶ Leporis itidē cor alligat͛ coagulū quo
qꝫ eius bibit͛ ante acceſſionem. ¶ Leonis quoqꝫ i
cibo dat͛. ¶ Vipere ēt caput abſciſum in lintheolo
alligat͛. ¶ Muri ſilr viuo roſtellū ꝓmū ⁊ auricule
ſūme ꝑcidunt͛ ⁊ in roſeo pāno alligant͛: ⁊ ipſe mus
viuus dimittit͛. ¶ Rane nihilominus in triuio de-
coquunt͛ cū oleo carnibuſqꝫ earuz proiectis ⁊ oleo
vtunt͛ ad vnctionē. ¶ Allij eliri caput.j.cuz laſare
trituz obulo in vino auſtero bibit͛. ¶ Hyrundinis
item fimi.ʒ.j.trita ex lactis caprini aut ouili aut paſ
ſi cyathis tribus ante acceſſionē ꝓpiat͛. ¶ Rubete
i.albo. quoqꝫ rane cor vel iecur alligat͛ in panno leucopo.
¶ Itēqꝫ ſemen aneti tribus digitis cōprehenſum
⁊ feniculi tantundē ex aceti mulſi cyatho vno potui
datur. ¶ Panem itidē ⁊ ſalē in lintheo de lyco li-
get ⁊ circa arborem licio alliciet ⁊ iuret per ter panē
⁊ ſalem: Craſtino mihi hoſpites venturi ſunt ſuſci-
pite illos hoc ter dicat.

¶ Tractatus ſecūdus. De apātibus ⁊ ſo.conti.

¶ Ad parotides. CAP. I.

Raro medici parotidū curationē nō de-
nocant a ſcapello cū reprimi poſſint: ⁊
ſi res exigat adaperiri molliori ratione.
Reprimit eas radicū braſſice cinis cuz
melle illinit⁹. ¶ Itēqꝫ lupini ex aceto decocti ⁊ tri-
ti diſcutiunt vitiū. ⁊ item cinis cum creta cymolia ⁊
reſina pari pondere exiccat. ¶ Item apponit͛ muri
cum teſtaꝝ cinis cū melle vel conchilioꝝ ex mulſa.
¶ Itēqꝫ ſepie oſſa cū axungia vetere ꝯtuſa: ⁊ itē
ficcus ſicca ⁊ vino cocta ⁊ trita adiuuat. Itēqꝫ com
primit eas fimus colūbinus cuz farina hordeacea ⁊
melle. ¶ Multipeda itē cū reſina tertia parte illini-
tur. ¶ Creta quoqꝫ tymolia exiccat ⁊ fimus capre
cū axūgia illinitus. ¶ Itē menta viridis cū polen
ta trita ⁊ impoſita collectiones parotidū ſoluit: ⁊ mā
maꝝ vſturas placat. ¶ Itē ad oē genus collectōis
parotidū: Lini ſemis farina cuz melle ⁊ oleo cocta
adijciēs nitri puluerē ⁊ ligni caprifici cinerē equali

bus portiōib⁹. qđ cū agitatū ē in cataplaſma īponis
⁊ ſanat. ¶ Itē plātago cū axūgia vetere ꝑſanat. ⁊
vrſinus adeps cū ſeuo taurino ⁊ cera pari pondere
ſimilibus. ¶ Itē cere.℥.vj.butyri.iiij.axūgie.iiij.
cyprini.iiij.bulboꝝ.iiij. Axūgiā vero ⁊ bulbos ſi-
mul tūdes in pila ⁊ cū cera ſimul liquefacies ⁊ ax-
ūgia ꝑmiſces cepis. qđ colatū ſeruabis in vaſe ficti
li ⁊ vteris. ¶ Itē parotidis ⁊ ſtrumis floris calcis
decū.iij.allij grana.ij.cū axūgia vetere īponis. ¶ Itē
qꝫ ſtrumas. Coriandrū ⁊ faba cocta ⁊ īpoſita diſcu
tit. ¶ Itē radix gladiole cocta ⁊ trita cū ſale ⁊ īpo-
ſita ⁊ itē cucumeris ſiluatici radix decocta ⁊ cuz aq̄
mulſa trita ⁊ impoſita ꝓdeſt. Menſe aūt martio ⁊
Aprili colligēda eſt. ¶ Itē vt ſtrumā oib⁹ radicib⁹
extractis ad ſanitatē certiſſimā ꝑduces. Galbanum
ſuperīpoſitū ſtrume humorē facile diſcutit. ¶ Itē
qꝫ felle bubulo ſup ſtrumas impoſito: tanta potētia
diſcutit͛ vt nihil ſupra ſit. ¶ Item noctue cerebiuz
vel iecur cum oleo tepidū infundit͛ auricule paroti
de. ¶ Itemqꝫ caput vipere in lintheolo inuolutuz
⁊ faucibus alligatum ſanat.

¶ Ad mā̄mille nucleos ⁊ cancrum. CAP. II.

Aptilū purgatum ablata interiori albu
gine teres cū cibulla germana ⁊ coriā
dro viridi apponeſqꝫ ⁊ ſanabit͛: ſi tamē
initio eſt. ¶ Itē ad cācrum mā̄mille
Herbe que dicit͛ cucubus folia ⁊ de tyrſu eius ge-
quid viride fuerit partem vnā ⁊ herbe q̄ dicitur pa
ſtellus partes duas tundes cum ſūma diligētia de-
inde infuſas micas panis recenter expreſſas cū her
bis teres ⁊ facies quaſi cerotum: ⁊ pones i mā̄mil-
lam mane ⁊ ſero frigidū ⁊ curabis cancruz qualiter
vis. Herba autem paſtillū ab vna radice aſcendit ⁊
ſuper.xiiij. vel amplius diſpergitur ſuper terram.
¶ Item ad dolorem mā̄mille. Medullaz que ſub
cortice pini viridis eſt: ſiccabis ⁊ teres ⁊ cribrabis.
⁊ ex eo puluere coclear plenum dabis cum vino ca
lido ieiuno ita vt i ipſa parte iaceat. ¶ Item ad do
lorem mamillaꝝ q fit ex plenitudine lactis poſt par-
tum. Ceruſa cum oleo roſeo bene trita ⁊ illinita ſta
tim dolorem ſedat. ¶ Itē ad mā̄millaruz dolorem
quem pregnātes aut poſt partuz patiuntur. Ouo
rum putamina bene trita ⁊ ouorū coctoruz vitellos
tres tritos admiſcebis crocum etiam aliquantulum
⁊ roſacei cere pontice quod ſufficit. factoqꝫ ex his
ceroto lintheo impones: hoc ⁊ infantibus bene fa
cit ad punctionem. ¶ Item cere libram vnam adi-
pis leonini vnciam vnam adipis caprini.ij.medulle
ceruine duas ſingulariter teres ⁊ ſimul miſcebis: ⁊
exinde lintheolo molli induces ⁊ ſuper mā̄millas
pones vel infantes ⁊ ex eo perunges ſicut ſupra
precepimus. ¶ Item ad mā̄mille duritiam vel
dolorem compoſitio. ℞. adipis leonini libram vnaꝫ
adipis ſtruthionis vnam. adipis lupini vnam. ſtyra-
cis vncias tres. olei ſauinienſis ponde. ſex. fontane
ſextarios duos. herbe autem in oleo coquuntur

donec aqua exiccetur deinde colantur cui oleo calenti admiſcentur adipes ſupraſcripti nouiſſime cera punica.i.aphra quãtũ ſufficit ad cerotũ. Oportet aũt in vitreo vaſe reponi. ¶ Itẽ herbe ſymphoniace folioꝝ lib.j.coloſonie.ij.axũgie veteris ſine ſale.j.fermẽti.℥.vj accipies. ¶ Fermẽtũ vero ĩ moria ſolues ꝛ miſcebis. ¶ Reſinã itẽ ꝛ oleũ ſolues cera addita ꝛ in doliolo vitreo repones ¶ Itẽ ad mulierũ mamillas marmoratas. Herba paritaria cũ axũgia ſine ſale tunſa ꝛ ĩpoſita tertia die aperit.ſicut a balneo vtat᷑ tertia die claudit. Sic eniꝫ Aurelia ruſtica curata eſt. ¶ Itẽ ad tumorẽ ꝛ dolorẽ mamillaꝝ. Styptiria herba viridis trita admixto pane in aceto infuſo aut axũgia ĩpoſitaq̃ ſanabit. ¶ Itẽ ad mamillaꝝ dolorẽ. Marrubiũ bene ↄteres ꝛ cum axungia veteri cõtunſuꝫ ac ĩpoſitũ ad tumorẽ mamillaꝝ ꝛ ſi fuerit vulnus purgat ꝛ curat. ¶ Itẽ ad tumorẽ mamillarũ ꝛ ad febres preſens remedium. Mellis.℥.ix. olei roſati.vj.cere.iiij. reſolues colabis ꝛ teres quouſq̃ albũ efficiat᷑ ꝛ vteris. ¶ Ne vomãme creſcãt creta cymolia cũ aceto cataplaſmas.

¶ Ad coſtaꝝ fracturã. CAP. III.

FImum caprinum ex vino veteri tritum coſtiſq̃ fractis impoſitum aperit extrahit ꝛ ſanat mirifice.

¶ Ad lychenam. CAP. IIII.

GReco nomine lychena appellat᷑ qḋ vulgus mentagrã vocat vitiũ qḋ ꝑ totã faciẽ ſolet ſerpere oculis tantũ in manibus deſcendit vero in colla ꝛ pectus ac manus eoſq̃ q ſic vexant᷑ oſculari nõ ↄuenit:qm̃ cõtactus eoꝝ pnicioſus fore ꝓhibet᷑ quos cõtharidis illiniũt cum ſucco vue aminee.ꝛ ſeuo ouis vl᷑ capre. ¶ Itẽ muriũ fimũ illiniũt ex aceto. ¶ Cinerẽ itẽ herinatij ex oleo imponũt:ſed in hac curatione prius faciem ex nitro ꝛ aceto foueri precipiũt. ¶ Illiniũt itideꝫ ex adipe vituli marini. ¶ Itẽq̃ delphini iecinoris cinerẽ ex aqua. ¶ Itẽ ficulnee caules in aceto cocti ꝛ triti illiniunt᷑. ¶ Euiſci itideꝫ radix cum glutino lupino in aceto decocta ad quartas ſimiliter adhibetur. ¶ Itẽq̃ flos viſci cum calce ſubactus laudatur. ¶ Titimalli quoq̃ flos cũ reſina decoctus adhibet᷑. ¶ Lomentũ etiã cuꝫ thuris polline equis ponderib⁹ ex aqua adhibet᷑ ꝛ illinit᷑. ¶ Item trociſcus lychenicon. ℞.gũmi ſciſti.℥.j. tinaperi.j.lybãi j.tytanicos lib.j.amoniaci.℥.j.litargyri.j.gumeos.ij. aceti quantũ ſufficit. ¶ Item ad lychenas. Lybani ʒ.x.tinaperi.x.bdellij.x.teres cũ aceto. ¶ Itẽ cataputie ad lychenas experte. ℞.litargyri.℥.j. alcionei j.arſenici.j.aſpalti.j.lybani.j. tinaperi.j.amoniaci.j. que omnia teres cũ aceto ꝛ facies trociſcos. ¶ Itẽ trociſcus quo vtimur ad lychenas ꝛ ad exancimata hoc eſt ambuſta ꝛ ad herpiſtigoden hoc eſt ſcabieꝫ. ℞.pſymitij.ʒ.viij.lithargyri.viij.calcis viue.ij.aceti ꝛ olei qḋ ſufficit. ¶ Item trociſc⁹ lychenicon. ℞. cameleontis nigre.ʒ.iiij.pirctri.ij.tinaperi.iiij. chryſocolle.iiij.aceti acri cotilas.ix. ¶ Itẽ trociſcus. ℞. alcionei vſtulati.ʒ.ij.cameleontis nigre.iiij.aſpodeli radicis.iiij.tinaperi lybani pirctri aphronitri ana.ij. tauro collis.iiij.aceti veteris quantũ ſufficit. ¶ Itẽ trociſcus ad lycenas. ℞.yuſynderon.℥.iij.ſcordion purgati.j.ꝛ ſemis cinaperi ſimilr̃ gumeos.iiij.que ĩ aceto acro teres in ſole ꝛ facies trociſcos.

¶ Ad elephantiaſin. CAP. V.

ET hoc malũ a capite ĩcipit mane primũ ſurgit velut lenticula que celerrime ꝑ totũ corpus ſurripiendo ſerpit maculis varijs:colore ꝛ ĩequali:cute.i.alijs craſſa:alijs tenuis alijs dura locis quaſi ſcabie aſpa ad poſtremũ nigreſcente ꝛ ad oſſa carnes apprimente extumeſcẽtibus manibus digitis pedibuſq̃. Quibus ciuis muſtelle ꝛ eius ſanguis mixtus illinitur. ¶ Aſparagi itẽ radix in aceto cocta ꝛ trita imponitur. ¶ Itẽq̃ mentaſtri folia ↄmaſticata adhibent᷑: cetria itidẽ illiniunt᷑. ¶ Bulbi quoq̃ triti ĩ aceto ꝛ ſulphure medent᷑. ¶ Nitrũ etiã ex melle ꝛ lacte bubulo trituꝫ faciem purgat ꝛ erugat. ¶ Item ſinegina ad elephãtiacos. ℞.pumicis.ʒ.x. teſtaꝝ ſepie.x. nitri.x.cimolie.x.gumes albi.v. cycidõ omphation v.poſt hũc puluerẽ vteris ꝛ thure cũ vino. ¶ Iteꝫ trociſcus heron optimus tollens hũores acerrimos ideſt lychenas. ℞.lybani.ʒ.viij.calchãti.viij.tinaperi.viij.calcideos ſimiliter.acatie.iiij.myſeicyrij.viij. gumeos.iiij.que cũ aceto colliges ꝛ vteris.

¶ Ad corporis ſalubritatem. CAP. VI.

BEta ſiluatica ſine ſemine cũ aceto ꝛ vino cocta ꝛ ſuſpenſa mire ſalubritatẽ corporis preſtat. ¶ Itẽq̃ myrra cũ vino trita ſanitatẽ corporis viri mire ſeruat. ¶ Itẽ vt totũ corpus hilare ſit vini veteris feces cũ oleo teres ꝛ punges totũ corpus in ſole. ¶ Itẽ ne corpus male oleat vel putreat. Laterẽ antiquũ ꝛ roſaꝫ ſiccã tũdes primũ ꝛ vteris in balneo. ¶ Ad ſeruandam iteꝫ corporis ſanitatem. Marrubij.℥.j.ex lacte ouillo calefacto bibat ſemel in menſe.

¶ Ad vulnera. CAP. VII.

SI quis ceciderit aut vndecunq̃ vulnus habuerit ſiue vlc⁹ cyromũ tolles argimonie partẽ.j.millefolij.ij.axungie.j.cymarũ rubi qui mora fert.j. tũdeſq̃ oĩa quaſi cerotũ quo illinito ĩ linteo poſitoq̃ ad vuln⁹ ſanat. Ut autem vulnus purges modicum mellis biduo pones ſicq̃ curabis vuln⁹ vndecũq̃ fuerit. ¶ Itẽ ad vulnera ſiue vlcus cyromuꝫ. Porcini fimi ſicci ꝛ vſti cinerem rediges intus in vlcus cyromum ꝛ ſuper impones medicamentum ſupraſriptum. Si vero quis aliunde cadens caput vel aliquod membroꝝ ruperit aut ferro ꝓciderit.folia cardi nõ de pomis mũdabis ab ſpinis ꝛ omnem duritiem auferes.ipſam vero pinguedinem cum axungia teres diligenter:ꝛ vt cerotũ impones:ſed antea vel biduo aut triduo mel pones ꝛ dḋ medicamẽto ſupraſcripto.

¶ Si quis

¶ Si qs ictu pugnũ vl' manũ leſerit. CAP. VIII.

Quicunqȝ ita ictu pugni manũ leſerit vel humão dẽte aut ð digito vt aut ſanguis fluat vel ꝑ tunſurã fecerit aut tumorẽ: lũbricos terrẽos teres addito modico aceto acro donec ſit in modũ ceroti: ex quo lintheum illinitum pones ad locum: ꝗ ſi minor dolor fuerit alute impones ⁊ ligabis manum.

¶ Ad fracturam ſeu rupturã pellis. CAP. IX.

Saponem impones ⁊ faſcia ſtringes. tertiaqȝ die ſolues ⁊ ſanus erit.

¶ Ad vulnera. CAP. X.

Radices cauliũ cõbuſte ⁊ in puluerẽ redacte ⁊ inſperſe omni vulneri ꝓſunt: ẽt ferro facto. ¶ Itẽ ad oĩa vulnera facta vl' nata. Cinerẽ cribrabis ſubrabis ſubtiliter ⁊ cõſperges oleo atqȝ ĩpones: ſed ſi fiſtula fuerit facta collyria ĩtramittes mũdat ⁊ ſanat. ¶ Item ad vulnera cõfectio medicamẽti ⁊ cicatrices nõ pereãt. ℞. olei. ℥. j. elciſmad os. j. aque marine. vj. coloſonie. j. picis. j. cere. iiij. que oĩa coques ⁊ ſic vteris. Si paruũ vulnus eſt lintheũ illinitũ impones ⁊ colligit ꝗ ſi ſciſſura eſt prius conſue ⁊ ſic impones. Si aũt adhuc ſuppuratũ eſt prius lomẽto calefacto locũ vulneris ⁊ ita emplaſtrũ ĩpones facit hoc: ⁊ ad ſiringiũ. purgat eniȝ ⁊ colligit. Si aũt euenerit vt nõ colligat: tũc modicũ viridis medicamẽti ſolues cuȝ oleo roſato vt facias aquatum ⁊ carpta lintbea ibi infundes: ⁊ ſm mẽſuram vulneris impones: ⁊ ſtrin ſec⁹ emplaſtrũ molle ꝗ ſi difficile põt colligi empl'. collige de medicamẽto viridi ſpiſſius ac ſuppone qð medicamẽtũ viride ſic ꝯficit'. ℞. cere. ℥. vj. coloſonie. ix. yu. j. ⁊ ſemis. olei ſemiunc'. mãne thuris. ℥. iij. aceti qũtum ſufficit que oĩa cõmiſcebis ⁊ vteris. ¶ Itẽ vulnera recẽtia cõglutinãt vermes terreni triti adeo vt ẽt neruos ĩciſos ſolidẽt ĩ die. vij. ¶ Itẽqȝ areſacti in ſole ⁊ ex aceto triti vulneribus imponunt': ⁊ interpoſito biduo ſoluunt'. ¶ Coclee quoqȝ excẽpte ð ſuis teſtis ⁊ crude trite mirifice ſolidãt. ¶ Coclee itẽ cũ ſuis teſtis vſte cũ myrre ⁊ thuris pari põdere ex aqua preciſos neruos ſanãt. ¶ Efficaces ſunt ⁊ bulbi triti ꝑ ſe ad vulnera glutinanda. Adijciebat tamẽ illis Damon medicus muſcũ qui aqua gignit' ⁊ die. v. ſoluebat. ¶ Mirabolanus vt diximus genus eſt cariote qð os nõ habet hec ex vino trita auſtero vulnera curat ⁊ ſolidat. ¶ Itẽqȝ cupreſſi folia trita ad eundẽ effectuȝ ꝓſunt. ¶ Rubi itẽ ſiue platani vl' flos vel mora ſine collectionis piculo ſanant. ¶ Milleſoliũ quoqȝ tritũ vulneribus imponit'. ¶ Cẽtaurie itẽ radix tam efficax eſt plagas cõglutinãdas vt ẽt carnes cohereſcãt que cuȝ ea coquũtur. ¶ Lana etiam ſucida infunditur melle ⁊ aceto frigido ⁊ oleo ðinde expreſſa imponitur. ¶ Spongia ſimilr' celeſti aqua impoſita recẽtia ſepta nõ patitur intumeſcere. ¶ Caro nihilominus vituli recẽs arcet tumorẽ: ⁊ fimus bubulus cũ melle preſtat. ¶ Itẽqȝ recẽtes plagas a ferro factas gluten taurinũ liquefactũ calidũqȝ ĩpoſitũ nec ante diẽ tertiũ ſolutũ efficaciſſime iuuat. ¶ Marrubiũ cũ ſale exiguo tritũ purgat omnẽ ſaniẽ. ¶ Itẽ ad vuln⁹ ſiue ẽt cancer ſit. Urtice trite põd. j. ac ſalis. ℥. ij. impones ⁊ frequẽter mũdabis. ſanat' ⁊ vulnus recens ne tumorẽ habeat neqȝ cicatricẽ: faciat. ¶ Trifoliũ ieiunus ꝯmãducet ⁊ vulneri ſupermectat. ¶ Itẽqȝ folia rubi trita cũ melle ꝑmixta. ¶ Arthemyſia quoqȝ ĩpoſita vulnera eadẽ die claudit. ¶ Bulbus nihilominus recẽs tenuiter inciſus ⁊ ad vulnus appoſit⁹ ꝯcite claudit ⁊ veſtigia cicatricis extirpat. ¶ Miſiaȝ itẽ ꝯtunſaȝ ĩpones que nõ ſoluta triduo ſolidat cicatricẽ ⁊ cũ ſolueris ſanũ vulnus inuenies. ¶ Itẽ xeron polyticon ad ꝯplenda vulnera aut ſi eſt vſtuȝ. ℞. pſimithij. ʒ. viij. lyppidi. viij. mãne. iiij. ¶ Pſaron ad complenda vulnera. ℞. cicidon. ʒ. x. chalcãti. x. lyppidos. viij. ſcyſtos. vj. Pſimithij. i. ceruſe plũbi.

¶ Ad ſanguinẽ ex vulneribus ſiſtẽdũ. CAP. XI.

Yſopũ cuȝ ordei farina ſiue cinere eius ſparſſum ꝓdeſt. ¶ Itẽqȝ fimus equus cũ ouoꝝ putaminib⁹ cremat'. iſqȝ cinis admixto melle ſpatouule plage impoſitus mire ſiſtit. ¶ Cortex itidẽ vitis ⁊ folia eius arida tũſa in farinã ſanguinẽ ſiſtũt. ¶ Bubulus quoqȝ fimus in cinerẽ redactus ac ſparſſus ſanguinẽ ꝓfluentẽ ſiſtit. ¶ De fundo ẽt cacabi fuligo trita imponit'. ¶ Leporis itẽ pili deſubt⁹ mẽto molliſſimi ĩponunt'. ¶ Itẽ ad eũ cui ſanguis ex ꝑciſo nõ põt retinere. Spõgiã albã nouã de mari mittes in cacabũ ſupra picis ſpane optime reſolute ⁊ colate põd. ij. ita vt opatur pice. Cũqȝ ſimul bñ coxeris leuabis ſpongiã ⁊ ſuſpẽdes: que cũ ſiccata fuerit redigis eã in puluerẽ de quo tanges locũ ex quo ſanguis fluit g facit ⁊ ad ꝓfluuiũ. ¶ Iteȝ ad venas vel neruos preciſos. Lũbricos de terra cõtundes ⁊ pones ſtati ſanãt. ¶ Itẽ ad oĩa loca dolẽtia herbã cyclãnion cõtunſaȝ pones ⁊ ſtatiȝ ſanat. ¶ Itẽ ad ſanguineȝ ſiſtendũ. reſinã frixã tritã locis ſupſparges. ¶ Faciunt ⁊ lintbea vſta ⁊ in puſta extincta. ¶ Itẽ calcitis in puluerẽ redactus ſanguinem ſiſtit. ¶ Perſici autem folia trita ⁊ impoſita hemorroidam ſiſtunt. ¶ Utris etiã vinarij cinis cum pari põdere reſine ex aceto ĩpoſit⁹ ſanguinẽ ſiſtit ⁊ vulnera cõglutinat.

¶ Ad vlcera ⁊ vermes innatos vel ad nomas ſiue ad fiſtulas vlcerum. CAP. XII.

Hedera ex vino decocta ĩponit'. ¶ Uermẽ itẽ q in ligno naſcit' teres ⁊ lintheo illinies ⁊ vlceri appones. ¶ Itẽqȝ radix peponis trita ⁊ ĩpoſita vlcera ſanat. ¶ Olea quoqȝ cruda ꝯtrita ⁊ ĩpoſita vlcera ſanat. ¶ Folia itidẽ olee ꝯmaũducata ⁊ impoſita vlceribus manãtib⁹ medent'. ¶ Itẽ ad vlcera manãtia. Oleũ amigdalinũ expurgat. ¶ Glãdes ſilr' de robore trite cũ axũgia emẽdãt. ¶ Fici itẽ ra

moꝝ teneri tunſi cauliculi imponunt cũ melle vlceribus que ceria vocāt. ¶ Pix quoq; bꝛutia cũ melle vlcera purgat explet ⁊ ſanat. ¶ Aqua vero in q̄ lētiſcus decoctus ē: vlcera q̄ ſerpūt vtiliter fouent. ¶ Itē q; pillule platani tunſe emēdant. ¶ Fimi itē pecudis cinis cū cinere ex oſſibus agnoꝝ aut intro adhibet vlceribus que cicatricē nō trahūt. ¶ Itē pulmo arietis carnes excreſcentes in vlceribus erequat. ¶ Symfitū vero oīa tūſa celerrime producit ad cicatrices ⁊ ſanat. ¶ Felle aūt taurino cum porri ſucco pari menſura carcinomata curant. ¶ Lentis ites farina eodē mō carcinomata cū axūgia veteri curat impoſita: ſed vlcera que ſerpūt ⁊ q̄ iu bis excreſcūt cinis capitū menarū coercet. ¶ Itē allece lintheolis ꝯcerptis impoſito purgant vlcera. ¶ Porri quoq; capitati ex melle contriti vlcera purgant. ¶ Lini etiam ſeminis farina ex vino decocta ꝓhibet ſerpere. ¶ Farina ſimiliter erui ſerpere vlcera nō patit ſpato melle impoſita. ¶ Item his q̄ purgāda ſunt. Oleaſtri folia ex melle adhibent. Ulcera aūt que ſerpunt. Salſamēto veteri tunſo in modū emplaſtri curant. ¶ Itē q; ſerpentiū vlcerum impoſitū coercet calx viua temperata ex aceto ⁊ roſaceo atq; illinita mox cera ⁊ roſaceum permixta ꝑducūt ad cicatricē. ¶ Coagulū item leporis cū capparis pari pōdere: qō vtrūq; aſperſum vino ſimul teritur ⁊ penna illinit. ¶ Fel quoq; vrſinū his q̄ ſerpūt ad bibet. vlcera nihilominus que ſerpūt cohibet ſcuū caprinū cū cera: id ēt adiecto ſulphure aſpergitur. ¶ Item fiſtulas vlcerū Lenticula cocta rumpit ⁊ collectiōes ſedat: eadē q; ad ſuppurantiā cū polenta decocta imponit. ¶ Aliū item cū ſulphure ⁊ reſina fiſtularū vitia extrahit. ¶ Itē q; cinis vitis cū axūgia veteri fiſtulas curat. ¶ Fiſtule vero aperiuntur ſiccātur q; ſalſamēto cū lintheolo īmiſſo ⁊ intra diē alterū oēm callū auferunt. Carnes aūt que ab oſſibus recedunt comprimuntur cauliculis oleaſtri decoctis ex melle ⁊ impoſitis. ¶ Cōtra collectiōes vo folia oleaſtri ex vino trita īponunt. ¶ Ad vlcera autē ſordida qualibet in parte corporis fuerint cognoſcunt aūt cū candicāt aut cū cruſtā albā ſupduxerit purgat q; ea mel īfuſum: aut puluis yris vel mali terre aut panacis radix. Mirifice q; purgat hoc medicamen etiā ſi cācer tēptauerit ſeſt aūt leue: ⁊. ℞. auri pigmenti. ℥. vj. yris. iij. elaterij. j. cineris charte combuſte. iiij. ⁊ cum opus eſt coclꝰ. iiij. roſe cyatho pmiſcet atq; vulneri ſupponit. Hoc medicamētū cito ⁊ ſine vllo morſu expurgat vlcera ſordida. ¶ Cortex itē cauliculoꝝ papaueris contunſus in puluere ſ ac melle pmixtus ſordidis vlcerib' imponitur. Ad excreſcētē vero carnē yris floris vſti. ℥. vj. calcideos vſti. iiij. ſed acre hoc eſt ⁊ quaſi cauteriū cruſtā ducit Creſcentem ēt cācrū ꝓhibet. ¶ Ulcera itē ſordida optime mūdat lenticula cocta: ⁊ addito melle īpoſita ſanat. ¶ Uermes vero vlceribus innati ranaꝝ felle tollunt. ¶ Itē q; vermes q vocant coſſos

Symphitū. i. cōſolida.

Carcinomata idest morbi cāceroſi.

erui idest orobi.

cōbuſti cū aneti pari pōdere īpoſiti nomas qō ē cācer ſiſtūt. ¶ Nomas itē ſiſtūt coclee de ſua teſta eiecte ac trite ⁊ in lintheo impoſite. ¶ Itē q; fim' ouiū ſubtecta calefactus ⁊ ſubaſtus nomas ſiſtit: hoc etiā tumorē ſedat ⁊ fiſtulas purgat. ¶ Xeroudyateſſeron qō facit ad nomas. ℞. calcideos cocti. ℥. calcanti. l. myſeos vſtulati. xxv. calcoci cauminos. xij. ⁊ ſemis in aceto que oīa teres donec ſicca efficiantur ⁊ iu puluerē pueniāt. ¶ Itē xeron caroteten qō facit ad nomas. ℞. calcoci caumios. ʒ. j. calcidios. j. chalchāti. j. myſeos vnā. ¶ Itē xeron catapaſtaton dyacorcon facit ad nomas: ⁊ ad paturam ſparges ⁊ liga bis. ℞. lyppidi. ʒ. j. myſeos. j. calcāti. j. ſcyſtos. j. cicidos. iiij. ¶ Itē lypara ad nomas ⁊ ad vſtulatiōes. ℞. albeſci. ℥. iij. pſymitij. iiij. cere. xvj. ceroſam vero ⁊ albeſcū teres cū lacte mulieris donec habeat ſpiſſitudinē ceroti ⁊ ſic permiſcebis in mortario ⁊ teres diligenter. ¶ Item xeron ad nomas melātū hoc ē pp arſenicū ſandaracā calcocecaumin ꝰ equalia teres ⁊ vteris. ¶ Itē xeron ad qō ſupra. ℞. calcideos aſſi. ℥. xl. chalcanti. xxx. myſeos aſſi. xx. vſtulati decē. ¶ Itē xeron theodori vt ſupra. ℞. calcideos. ℥. iiij. ſandarace. iiij. arſenici. iiij. albeſci. viij. que teres ⁊ ſic vteris. ¶ Itē ad vlcera ad vulnera ad cācromata ad vermes necādos. Herba nepeta viridis trita adiecto modico ſalis ⁊ appoſita vulneri qō ex negligētia vermiculos habere ceperit oēs eijcit ⁊ pſanat. ¶ Item folia cannabis ⁊ millefolij ⁊ lactuce in vino teres ⁊ ſuccū eaꝝ vlceribus īmittes vermes necat ⁊ ad ſanitatem perducit. ¶ Betonice itē pollinē bibat ex aqua calida ſtatī ſpōte exeūt. ¶ Semē quoq; raſani tritū ⁊ ex aqua impſiotū vlcera ſiſtit.

¶ Ad apoſtemata interioꝛa. CAP. XIII.

Apoſtemata interioꝛa vomicas vocam'. Erūpunt enim plerunq; e lateribus mēbranē ſupuacue ex lāguoꝛibus nate humoꝛe concreto intuſq; cōuerſo qui adeo fecunde inaſcit: vt non tam excreetur q̄ euometur. ¶ Eos item qui hanc paſſiones inciderint opoꝛtet ambulare vectari vngi lectos ⁊ requieſc: ⁊ ob hunc moꝛbum malū ſuſtentandi erunt cibis firmis glutionis auibus pinguibus operibus piſtoꝛiis plus equo militis: ꝓut patiuntur facultates. ¶ Uomica ſunt priuati melle in quo ſint apes de moꝛtue. ſacit aūt ⁊ induſtrie potio hec. ¶ Ouum crudū euacuabis ⁊ putamen eius implebis ex ſucco marrubij ⁊ in eodē vaſe colabis. repleatur item melle quod eodem abijcitur ⁊ ita permixta calefiant vſq; ad tepoꝛem. Hec enim vomicas rumpunt purgant ⁊ ad ſanitates perducūt: iō ēt curatio eius expetita eſt vt ēt hyeme aſperrima explicari poteſt ⁊ intra verni ⁊ eſtatis tempus. Aliqui tamē curati ſunt intra finitū tempus: compoſitione ea que infraſcripta ē. ℞. mādragoꝛe decē. iij. iuſquiami. iij. thuris. x. ſigillatim tū ſa teruntur ex vino ad ſpiſſitudinem plus graſſiorē q̄ mellis ex quo medicamento mitio pondere victoꝛiadi

ctoriadi in tribus cyathis aque euntibus dormitu3 dat.mox deinde ex eodé modo aque pond.deñ.a prima vero potione ſentitur ꝓfectus:deinde incredibilis in altera explicat curatio.℄ Jté ad apoſtemata interius.Braſſice ſucci cyathi duo paſſi.j.tepefactus ꝛ potui datus mirifice prodeſt.℄ Marrubij item ſuccum cum butyri tantundem in potione conditi tepidu3 bibat ſanus erit ꝛ ſi vetus eſt paſſio ſucci minus mittas ꝛ plus butyri ne ſubita eruptio ne preſocetur.℄ Marrubium item cum mellis eq̄li menſura coques agitando donec vnum corpus efficiatur:ꝛ cum coclear i pro viribus dabis.Butyrū quoqꝫ cum melle optimo ꝑmixtum ieiuno ſepiꝰ ad comedendum dabis:hoc ſi frequenter feceris mira beris effectū.℄ Jté hortulane rute ſemen ex aqua tritū p dies.vij.calida mixtum coclearis menſura ie iunus accipiat.℄ Jtéqꝫ alia ſt ptimana lapatij radicem colliges ꝛ diligenter in pila tundes:ꝛ iacebit in ſuſa in vino veteri diebus ſepté deinde p triduum ſingulas potiones bibat:mixta calida téperata ipſa3 vero radicem lintheo impoſitam ꝛ tepefactam ſtomacho ſuperpones:qua cuim hora impoſueris acceſſio fiet.

℄ Ad omnia apoſtemata exteriora vel tumores.

CAP. XIIII.

Eroſam:nitrū:cerā.oleū pari pódere ſ3 plus nitri adijcies.℄ Ceroſam vero ꝛ nitrū teres:cerā ꝛ oleū cerotū facies miſcebiſqꝫ oia ꝛ teres diligéter:qḋ alute ĩpoſitū mirabile eſt effectu.℄ Agrimoniā ité verbenacā ꝛ gnqꝫfolium coques equis partibus ex acceto adiecto ſemp vino dehinc trita ꝛ impoſita ſanāt.

vl cicadas ℄ Jté ad vomicas exteriores.Charidas viuas in oleo necabis ꝛ ex hoc vnges liberant.℄ Jtéqꝫ hebuli radices ac cortices cū aceto teres:ꝛ in modum cataplaſmi ĩpones ſanāt.℄ Jté ad oia aꝑata marime ad parothecas.Herbas virides paredariā:ſymphoniacā:lapatiū ꝛ marrubiū ſigillatim in creta ſuo lutas lento vapore coques ꝛ carnem que inter medullam ꝛ corticem eſt ſeparatam diligenter teres ad craſſitudine3 mellis:quod cum herba ſupraſcripta admiſcebis:deinde māna thuris ꝛ ſtercus columbinum ſiccum cum nitro alexādrino teres.Preterea facies cerotum de oleo ſimplici ꝛ cera quantu3 ſatis eſt:therebyntinam quoqꝫ adijcies ceroto cui ꝛ cetera omnia ad vnitatem corporis miſceantur. omnibus autem pigmentis: ꝛ herbis exceptis cera ꝛ oleo equaliter vteris.

℄ Ad collectiões vel tumores. CAP. XV.

Jſcū decoctum cum fenugreco impōnes.℄ Adipem item cum allio mixtū impōces:oēs tumores ſuſpectos ſoluit.℄ Jtéqꝫ ceriſoliū tritū bñ ſac.℄ Oliaſtri quoqꝫ folia ex vino ꝯtrita ꝛ collectiōibꝰ ĩpoſita ꝓſunt.℄ Carnis ét capre cōbuſte cinis ex aq̄ illinitꝰ oēs tumores ſoluit.℄ Syſimbriū ité tritum ꝛ impoſitum tumoré ſedat.℄ Ebuli ſilr folia tunſa cu3 pane molli vino ĩfuſo ꝑmixta ꝛ impoſita oēs tumores diſcutiūt.℄ Lenticula itidé cu3 lométo ſabe pulleio ꝛ ſale pari portione aqua ꝯſperſa ꝛ ĩpoſita collectiones quaſlibet facillime ſoluit.℄ Mali terre nihilominus radix cōtunſa ꝛ in aceto deferuefacta diſcutit ꝛ ſanat.℄ Jtéqꝫ pix liquida adiecto cinere cribrato ꝛ appoſita omne genꝰcollectionis diſcutit.

℄ Juniperi quoqꝫ ſemé tunſum ꝛ in aqua decoctum ꝛ in panno impoſitū tumoré ſiſtit.℄ Jtem ad tumoré ꝛ duritiam.Faba ſrixa cocta ſine ſale ꝛ mixta cū melle vl' vua paſſa innucleata ꝛ impoſita duritiam mollit ꝛ tumoré ſpargit.℄ Farina quoqꝫ ordeacia in aceto diſcocta ꝛ cum fimo colūbino ac ficu ſicca ſimul trita coctaqꝫ ꝛ ĩpoſita diſcutit.℄ Jtéqꝫ lens cocta ꝛ cū melle trita ꝛ impoſita maxime vlcera tollit ac ſanat.℄ Ficus ét q̄ adhuc nō matura uit admixto adipe anſerino impoſita mire ſanat.

℄ Herbam itidé ſymphoniacam cu3 axungia cō miſcebis.

℄ Ad ſchyroſim vētris vl' ſtomachi.CAP.XVI

Bſentij pontici faſciculū caſſie manu3 plenā infundes in vini hadriani ſexta.j. ꝛ gremialis ſexta.iiij.coq̄ſqꝫ ĩ vaſe duplici ꝛ ſouebis altera die rute faſciculū breuiſſimū.yris.ʒ.iiij.ſquināti.ij.infundes in vinī hadriani ſexta.j.ꝛ olei gremialis ſexta.iij.coqueſqꝫ in vaſe duplici ꝛ ſupraſcripto oleo ꝑmiſcebis ꝛ ſouebis diebꝰ.xij.℄ Jté cataplaſma ad candé ſtyroſin.℞.fenugreci ſexta.j.lini ſemis.j.meliloti.j.iſopi ceroti librā.j.yris.j.ſeſilij ſexta.j.que omnia tunſa cribrabis molliſſime.poſtea carycas pingues optimas numero cétū.infundes in aqua ꝛ diſcoques ita vt aqua ſpiſſa fiat ſicut paſſu3 ꝛ adijcies mellis optimi heminā.j.ꝛ facies cataplaſma diebus.viij.vel.x. aut quotquot neceſſe fuerit ex eadé aqua cataplaſmata coques.addes ét reſine therebynthine optie. ʒ.j.ſequēti die.j.ꝛ ſemis tertia die.ij.vel accedétibus diebus.ij.rute ſicce lib.j.ꝛ ſi viridis fuerit:ſiccetur in patella argétea ſup carbones butyri optimi ʒ.j.accedétibus diebus duobus euiſci cocti ſubĩcinere lib.ij.cōmiſcebis cum axūgia non ſatis ita vt prius euiſcū tūdas ꝛ poſtea ſimul vtrūqꝫ ceroti modo ſpiſſum fiat.Hinc facies ſperā grandé ex aqua ꝛ cataplaſma ſemp adijcies:ꝙ ſi hyems fuerit. rij. diebus ſouebis ꝛ totidé cataplaſmabis.Siuo eſtas fuerit vel ſenex diebus ſepté:vel ꝑ viribus egrotā tis.℄ Jté epythima ad candé ſcyroſin poſt cataplaſma.℞.yris.ʒ.ſepté quas tūdes ꝛ cribrabis molliſſime ꝛ in mortario duo viri a mane vſqꝫ ad veſperā terāt:dehinc cere minutiſſime de pingui ,melle .ʒ. vj.ꝛ ſolues cinere calidiſſimo:que cū ſoluta fuerit addes therebynthine optie.ʒ.vj.ꝛ diligétiſſime agitabis:vt nullā aſperitaté habeat cū ſoluta fuerit leuabis ð foco ꝛ mittes puluerē ſupraſcriptū ꝛ teres diligétiſſime:hinc facies collyria maiora ꝛ pones in

capſella munda.ꝛ cum opus fuerit linies lintheum ſpiſſum ꝛ pones in ſtomachū quottidie ita vt totum ventrē ꝛ ſub vmbilico teneat. ¶ Itē epythima ad ſcyroſin:ad epar:ad ſplenē ꝛ ſtomachū. ℞.cere.ʒ.iiij.therebynthine.iiij.amoniaci.iiij.bdelij.iiij.myrre.iiij.propolei.iiij.yris.iiij.ſtyriacis.iiij.byrini fecis parū.Amoniacū vero bdelliū ꝛ irim tūdes ꝛ cribrabis:ſtyracē:propoleium ꝛ ceram in pila tundes ꝛ ſimul cōmiſcebis ꝛ poſtea therebynthinā atqꝫ feces byrini ſimul cōmiſcebis ꝛ colliges. ¶ Itē epythima ad renes ꝛ ad ſcyroſim eoꝝ. ℞. thuris maſculi.ʒ.j.adiāti tres.galbani duas.ſtyracis tres.butyri.ij.bdellij duas.yris ſex medulle ceruine.j.olei cyprini.viij.floris lapidis amoniaci.iiij.cere pinguis mellitine libram vnam.

¶ Ad paniculas. CAP. XVII.

Naſturtiū cū pice panas diſcutit.¶ Itēqꝫ maturis:aut matureſcentibus lēs imponit̃ ex aceto decocta ipſaqꝫ cocta ꝛ cū melle trita ꝛ impoſita ꝓhibet ſuppurare. ¶ Lupini itē ex aceto cocti aut minuunt aut maturant.¶ Fimus ēt columbinus cū ordeacea farina īponit̃.¶ Euiſcus itidē reſina ꝛ cera equis ponderibus imponuntur.¶ Galbanū ſimiliter ꝑ ſe impoſitū ꝓdeſt.Aperit vero paniculas ſeuū pecudis cū ſale coſto diſcutit.nihilominus murinus fimus admixtus thuris pollini ꝛ ſandarace ꝛ coclee cōtunſe. ¶ Cinis quoqꝫ muricū vel purpurarū ex oleo veteri imponit̃.Quidā aūt vtuntur ad paniculas hac compoſitione.℞.cere atqꝫ thuris.ʒ.xx.ſpume argēti.xl.cineris muricum.x.q̄ oīa ꝑmiſcebis ex olei veteris hemīa.j.¶ Itē ad pāiculas alia cōpoſitio. ℞. herbe ſymphoniace folioꝝ lib.j.colophonie.ij.arūgie veteris ſine ſale.j.fermenti.vj.ʒ. Fermentū vero in mortario ſolues ꝛ ſupraſcriptas ſpēs miſcebis reſināqꝫ ꝛ oleū ſolues ꝛ vteris.¶ Itē de polline

erui idest orobi.

erui ex melle cataplaſmabis.ſepius enī īpoſitū ſpargit:ſi tñ nondum pus fecerit.¶ Itēqꝫ caryce ex vino cocte ꝛ impoſite curāt. ¶ Feniculi itidē farina ex hydromelle cocta addita axungia dolorem mitigat:ꝛ panas aperit.¶ Item exptū.Gutta amoniaci tunſa cū cera ꝛ appoſita ligataqꝫ ꝛ quarto die ſoluta paniculas diſcutit.¶ Itē euiſci radix ex aqua coquitur ꝛ q̄ exterior ꝑs eſt ac ꝑ hoc tenerior trita ꝛ admixto pane molli infuſa cum axungia ſine ſale lintheoqꝫ inducta ꝛ impoſita ſparget:aut ſi ruperit ex hoc ipſo īpoſitū claudit ꝛ ſanat vt exptum ē. ¶ Lapatium itē fimuſqꝫ gallinaceus cōmixta dirumpūt. ¶ Eruum quoqꝫ cū melle tritum ꝛ impoſitum ſuppurare ꝓhibet.¶ Myrram ēt ex aceto tempabis ꝛ linies locū miraberis effectum.¶ Itēqꝫ lacerta viridis diuiſa ꝛ impoſita diſcutit.¶ Cinis quoqꝫ inaniū cocleaꝝ cere admixtus.¶ Echinnoꝝ item teſte ex aqua illinite.¶ Cācri ēt fluuiales triti medent̃. ¶ Sal famenta item cocta ꝛ impoſita. ¶ Creta ſimiliter cymolia trita ex aceto cohibet. ¶ Sanguis vero vrſinus diſcutit:nec minus taurinus arid⁹ tritus vnguleqꝫ equine cū oleo.¶ Bubulus nihilominus ſanguis illinitur.Sed ꝛ fimus hircinus cū melle decoctus.¶ Itē ad paniculas ſanādas.Saponem cum adipe porcino recenti aceto accerrimo reſoluta cum lana imponuntur. ¶ Itēqꝫ coclee minute mirabiliter faciunt.

¶ Ad cyratas ꝙ ſunt glādule ꝛ ad tumorem anteq̄ apoſtemata fiat. CAP. XVIII.

Therebynthīe.ʒ.iij.galbāi.iij.cere.iij.cineris de ſarmētis vitis mūdiſſime facti cādidi.j.cineris aphrici.j.ſimul mittes in cacabū cum cera minuta ꝛ olei hircini.ʒ.duabus.ꝛ ſolues poſtea colabis ac teres panēqꝫ facies:ꝛ cum opus fuerit lintheo ſpiſſo illinitum impones. ¶ Item ad cyradas ꝛ ſtrumas.Lolij ſiue hauene farinam cum lini ſeminis farine pari portōe ꝛ columbinum fimū recens tantundē ex vino decoques ꝛ impones vtrūqꝫ ſanat. ¶ Strumis item ꝛ cyradis echinnoꝛum teſte contūſe ꝛ ex aceto acri trite illiniuntur.¶ Rane quoqꝫ rubete cinis admixto butyro inductus cyradas exiccat. ¶ Itēqꝫ viſcus calx ꝛ cera impoſita maxime ꝓſunt.¶ Cōchylij etiam marini teſta tunſa in puluerem admixta veteri axungia imponitur.¶ Muſtele etiam viue cōbuſte cinis cū roſaceo ꝛ cera īponit̃. ¶ Columbinus quoqꝫ fimus recēs collectus ꝛ in folijs bete vl̃ braſſice coctus:deīde tritus ꝛ admixto aceto calido impoſitus ſanat.qd̄ ꝛ carbūculos curat. ¶ Itē emplaſtrū cyradicon.℞.peryſterio.ʒ.iiij.pirctri.iiij.ꝓpolinis.xiij.amōiaci.xvj.caccij gūa.viij.viſci d̄ quercu.ʒ.viij.nitri.iiij.therebynthine.viij.galbani octo. ¶ Item ad cyradas ꝛ paniculas.Oſtree vſte.ʒ.ij.calcis vnā cū aceto diu teres ꝛ calefacies bene locū ꝛ ſic impones medicamentum.

¶ Ad ſtrumas. CAP. XIX.

Urtice radices in aceto cocte ꝛ trite ꝛ ī modū ceroti impoſite diſcutiūt maturas aperiunt:ꝛ oēs radices extrahunt. ¶ Itēqꝫ viride naſturtiū cū lomento fabatio ꝯtritū adhibet̃ ꝛ deſuper folia hedere vel braſſice apponunt̃ ſtrumas tollit.¶ Bulbi quoqꝫ ex melle triti tepidi imponuntur:ꝛ alia die cauliculi ruborum teneri cum folijs ſuis ex vino decocti tritiqꝫ.Hec alternis diebus ꝛ vicibus impoſita ad ſanitatem perducunt.¶ Item ſinapis ſemen cum fabe pari potione in aqua coctum ꝛ tritum atqꝫ impoſitum ſtrumas ſanat.¶ Cancri quoqꝫ fluuiatilis cinis tritus cū melle ꝛ impoſitus diſcutit.¶ Itē taurinum ſiue bubulum ſeuum cum cera ꝛ reſina impoſitum diſcutit.¶ Fimus item eius cum aceto coctus idem facit.¶ Item medicamentū ad ſtrumas ℞.aphronitri lib.j.reſine frixe.j.therebyntine.ʒ.vj.cere.vj.amoniaci.iiij.calcis viue duas.olei roſati.iiij.¶ Ad ſtrumam vero claudendam.Axunxia cū vrtica trita ꝛ impoſita optime facit.ꝛ claudit vuln⁹.

¶ Itē

¶ Item radicis cortices cocte cuꝫ aceto ꝛ cõtunſe
imponunt́ ſtrumis incipientibus.diſcntiunt:matu-
rant:aperiunt ꝛ ita educũt ꝛ omnibus radicibus ex
tractis ad certiſſimam ſanitatem ꝑducunt.¶ Por-
ro ad ſugillationes. Urtice folia teres ꝛ impones.
al'ciclami ¶ Iteꝫ empl'ad ſtrumas.℞.olei veteri.ℨ.vj.cere.
nos. vj.herbe cyclaminos.vj.floris aphronitri.vj.oleum
al'ciclami vero reſinã ꝛ cerã in cacabo reſolues:poſtea mittes
nis. puluerem ciclamis ꝛ agitabis donec vnitas fiat:de-
al'vero. inde adijcies florem aphronitri ꝛ cõtinuo depones
vbi refrigerauerit:finito nono ĩductũ pones q̃diu
pus reddat. Cũ aũt videris exinanitũ eſſe facto ce-
roto curabis.¶ Caprifici item corticẽ intumeſcen
tẽ puer impubis ſi detracto ramo tollat dentibus ꝛ
medulla ipſa alliget́ ante ſolis ortum ꝓhibere ſtru-
mas cõſtat. ¶ Itẽ echinnoꝝ teſte contũſe cũ alumi
ne ex oleo:folia hedere marrubium cũ adipe lens ĩ
aceto diſcocta.¶ Lupini ex aceto cocti tritiq̃ꝫ folia
fici ꝛ ficus ĩmatura vna tunſa ĩponunt́.¶ Succus
vero pillule cupreſſi ex fermẽto galbanum ꝑ ſe exul
ceratis ſtrumis imponit́.¶ Muſteleq̃ꝫ ſanguis il-
linit́.¶ Muſtele ex vino diſcocta imponit́.¶ Co
clee cum ſuis teſtis tuuſe ad hoc faciunt optime q̃
ſalicibus adherent. ¶ Cinis vero aſpidis cum ſe-
uo taurino imponit́. ¶ Adeps quoq̃ꝫ anguis mi-
xtus oleo.Anguiũ cinis ex oleo eſſe eos quoq̃ꝫ ꝑci
pit́ abſciſis a capita ꝛ cauda digitis.iiij.aut cinereꝫ
crematoꝝ bibere.Aliqui fimũ columbinũ imponũt
Alij mixta ordeacea farina ex aceto acri. ¶ Talpe
quoq̃ꝫ cinis ex melle imponit́. ¶ Iecur talpe qui-
dẽ inter manus tritũ circũliniũt ꝛ triduo nõ abluũt
¶ Talpe rurſum capita preciduntur ꝛ cũ terra ege
ſta a talpis conterunt́: ꝛ in paſtillos rediguntur.
ſicq̃ꝫ ſeruantur in ſtagnea pyxide vtiles ad oẽ apo-
ſtema. ¶ Uermes terreni totidẽ quot ſunt ſtrume
alligati cum his pariter areſcũt. circũligat́ lino quo
vipera ſuſpẽdio occiſa ẽ.millepede ĩponuntur addi
ta reſine quarta parte:ꝛ nõ ſolũ ſtrumas ſic curari ꝑ
cipiunt ſed ꝛ omnia apoſtemata.¶ Calx viua cum
reſina liq̃da vel adipe ſuillo addito melle ſtrumas
vtiliter auxiliatur. ¶ Cinis vngule aſini vel equi
ex aqua ꝛ oleo illinitur. ¶ Bubulum ſeuum ex
oleo imponitur.¶ Ebuli folia conteruntur:ꝛ mixta
cum fece ceruiſie ſuperadditis folijs eiuſdem ebu
li illud alligatur.

¶ Ad carbunculum. CAP. XX.

Ucumeris ſiluatici ſuccus ſuperinfu-
ſus ꝛ alligatus emendat. ¶ Item ex-
pertum. Uel cum lomento fabe mixtũ
imponitur.ꝛ folia lactuce deſuper hoc
ad ſanitatẽ ꝑducit.¶ Iteq̃ꝫ naſturtium fermẽto mi
xtũ vtiliter medet́.¶ Suppurationes dirũpit plan
tago ſine lanugine cũ ſale cõtuſa.Cũ autẽ purgaue
rit ſine ſale apposita ꝑcurat. ¶ Cepe itẽ acerrime
ſub cinere bñ cocte melli miſcent́ ꝛ loco empl'i mõ
admouent́.¶ Titimallus quoq̃ꝫ trita admixto ſale
cymino ꝛ melle equis portionibꝰ ꝛ in modũ medi-
caminis ĩpoſita ſanat.¶ Itẽ vitrũ cũ oleo tritum ꝛ
ĩpoſitũ carbũculos ardẽtes ſanat.¶ Porri quoq̃ꝫ
ſuccus cũ cinere mixtus ꝛ ĩpoſitus.¶ Calx ẽt viua
ex aceto ſoluta ĩponit́.Gutta itẽ amoniaci ex aceto
terit́ ꝛ vulneri ſupponit́:freq̃ter rũpit:ꝛ foras ꝑ-
trahit.¶ Itẽ ad carbũculos.Caſeus caprinus viri-
dis:ſiue ſiccus cũ porri ſectiui ſucco tritus ĩponit́.
¶ Pix bruttia cũ vua paſſa exẽptis nucleis addita
axũgia purgat.¶ Nuces ſiue glãdes putreres te-
res ꝛ ĩpones.¶ Iteq̃ꝫ erui farina ex vino impoſita Erui.i.
carbũculos rũpit.¶ Itẽ exptum ad antracas quod orobi.
alij dicũt oculũ pullinaticũ alij carbũculũ. Folia ru-
te viridis.vuã paſſam pinguẽ purgatã .aphronitrũ
albũ:oĩa eq̃lia cũ melle veteris . ¶ Itẽ empl'ad an-
tracas.℞.galbani.ℨ.j.aſpalti.j.nitri ſemiunc.arſeni-
ci ſimil'r.ſeui veruecini ʒ renibus.ℨ.j.coques amo
lẽtu ʒ:facit ꝛ ad vulnera recẽtia ſeu puſtulas malas.
¶ Colũbinus itẽ fimus cũ lini ſemĩe ex aceto mul
ſo:carbũculis ĩponit́.¶ Mulloꝝ quoq̃ꝫ ſalſoꝝ ci-
nis ꝓdeſt:rutaq̃ꝫ ex aceto trita.¶ Fimꝰ pecudis in-
cipiẽtibus carbunculis imponit́.¶ Ficus ſicce in
vino decocte aut trite ꝛ ꝯfricate extrahunt.¶ Her
ba ſauina que habet folia ſimillima cupreſſo cũ mel
le illinitur.¶ Cerebruꝫ ſuis coctũ ꝛ coſtũ ĩponit́. al's toſtũ.

¶ Ad papulam noxiam. CAP. XXI.

Ad papulã noxiam q̃ tertia die occidit.
Bullos crudos teres molliſſime ad-
des coriãdrum viride mel ꝛ acetum te-
reſq̃ꝫ ſimul ꝛ ĩpones.¶ Itẽ porcinum
fel ſiccabis in fumo ꝛ exinde tantã ptẽ ꝑcides quã-
tum ſpacij ipſa puſtilla tenet in capite:quã calefactã
foco in modum ceroti induces ꝛ ſic impones cũ he
ſerit nõ dimittit niſi ſecum pupulã extraxerit . Si-
gnum vo morituri eſt ſi medicamẽtum non hereat.
Ante oĩa de carycis germanis in vino aphro diſco-
ctis leuatis ac tritis adiecto paruo melle cataplaſ-
ma facies ꝛ ſup oẽm curã ĩpones. ¶ Iteq̃ꝫ poma
caprifici ſicca cõbures ꝛ cum ſapone miſcebis ꝛ im
pones.¶ Ex virga itẽ ipſius interiorẽ albuginẽ ra
des ꝛ teres diligẽter ꝛ ſapone mixtã impones . ipſa
enim vim eius mox necat ne ãplius ſerpat.¶ Gal
banum itẽ ꝑ ſe ĩponit́ aperit ꝛ extrahit. Poſtea vul
nus factum curatur alio medicamẽto.

¶ Ad furunculos. CAP. XXII

Naſturtium cum fermẽto coquit́ ꝛ impo
nit́.¶ Fimus itẽ gallinaceus rufus vel
albus recẽs ex aceto tritus ꝛ impoſitus
efficaciter ſanat.¶ Papauer quoq̃ꝫ ſiluaticum cuꝫ
axungia tunſum ſuilla ĩponit́.¶ Iteq̃ꝫ bulbi triti ꝛ
ĩpoſiti exiccant́.¶ Daptylus ẽt tritus ꝛ cum molli
pane infuſus ĩponit́.¶ Fermẽtuꝫ itidẽ cũ ſale mix
tũ ĩponit́.¶ Pellis fil'r muris detracta.¶ Seuũ
nihilominꝰ arietis cum farina punicis eqs põderibꝰ
ꝓdeſt.¶ Nitrũ cũ reſina mixtũ detrahit.¶ Seuũ
bubulũ cũ ſale impõit́ aut ſi dolor eſt ſine ſale lique

tur cū oleo ſimili mō ſeuū caprinū ſacit. ¶ Itē ad furunculos ⁊ ad oēs tumores. Adipē caprinū recētē cū pice dura pari pondere tundes: ſubactūq; more malaginatis induces donec ſanētur. ¶ Nitrum quoq; cum reſina ſuppoſitum furunculos extrahit.
al' ſciſi. ¶ Item ad idē cōpoſitio bona. ℞. gutte amoniaci: aluminis ſcyſti: ppolinis: ſtercoris palūbini ań. ℥. j. ſeui taurini mundi. iij. reſine. vj. cere. vj. ex his ſicca tūdi ⁊ cribrari oportet ac cetera in nouo cacabo lento vapore ſolui ⁊ ſiccis miſceri. ¶ Itē oē ſeuum ſi ponatur vtile eſt. galbanū ꝑ ſe prodeſt. ¶ Uētriculus ciconie ex vino decoctus illinit᷑. ¶ Muſce impari nūero infricantur: digito minimo ſordes ex auriculis pecudū illiniuntur. ¶ Limacis cinis aſperſus purgat. nouēq; granis ordei ſi quis furunculū circundat ſingula manu ſiniſtra ⁊ omnia in ignem cōijciat confeſtim ſanat.

¶ Ad circinū qđ alij zonā vocāt. CAP. XXIII

Circinus quē alij zonā vocāt talis ē. Ueſice tāq; cōbuſte excūt ⁊ crepāt: primum pauce deinde cito multiplicant᷑: q̄ ſi hominē cinxerit occidūt. Curant᷑ vero ſic. Succū cicute: coriādri: colopontis: ebuli ⁊ ſambuci radices cū vitello oui ⁊ oleo roſaceo miſcebis ⁊ pēna linies ac ſupſperges puluerē milij cōbuſti ⁊ hoc ſi frequenter feceris ſanant᷑. ¶ Itē ſucci coriandri calicē dimidiū ⁊ croci aqua infuſi ac triti tantūdem permiſcebis ⁊ veteris a pēna ⁊ ſic ſupſperges puluerem de carycis in area candenti combuſtis.

¶ Ad ignem ſacrum. CAP. XXIIII

Plantaginis ſuccū ceroſam ⁊ cretam cymoliā miſcebis ⁊ induces curat. ¶ Itē albū cicer aut nigrū infundes in aqua fontana poſt triduū teres diligenter vt cerotū. dehinc in ipſam aquā infundes medullā panis ⁊ ſeorſum diligēter teres. deinde in vinū miſcebis ⁊ ſi durū fuerit adijcies. ij. vť. iij. cocľ. ipſi⁹ aque ita vt, poſt illinitū panno vel linthco ſponas. ¶ Itē teres cretā diligenter ⁊ ſeorſū bene teres coriādrū ⁊ cōmiſcebis ſimulq; teres. addito vino veteri modico lauabis ēt vino veteri locum. atq; a pēna induces medicamētū. ¶ Itē terreni vermes ex aceto illiniunt᷑. ¶ Lens quoq; in aqua marina decocta imponit᷑. ¶ Itēq; herba ſauina q̄ hʒ folia q̄ſi cypreſſus ex melle illinitur. ¶ Oua et cocta trita cū oleo imponunt᷑ ⁊ folijs bete opiuntur. Ouorū itē. iij. cā
al' amili. didū cū anuli pari mēſura imponit᷑. ¶ Iſopū itidē cōtritū cum panis polline ⁊ roſaceo illinit᷑. ¶ Ac ſi mus vitulinus ſeu bubulus. ¶ Ramēta itē caprīe pellis eiecta punice ⁊ ex aceto trita illiniūt᷑. ¶ Serpētū ſenect⁹ cū bitumine ⁊ felle ſiue fimo agnino ex aq̄ illinit᷑ a balneo allij cinis ex oleo ⁊ garo illinitur. ¶ Ruta quoq; ex aceto ⁊ oleo amurca oliue nigre infundit᷑. ¶ Grillus ɔtrit⁹ q nō fit vitio illo aphbē ſue: cū q hoc fecerit ī totū malū ab hoc malo liberat ops aūt cū erui ferro cū cauerne ſue terra. ¶ Item anſeris adipe perungit᷑ vtiliter hoc vitio vipere caput aridū adūſtū ex aceto ſuplinit᷑. ¶ Spōgia ex aceto imponit᷑ tā grādis vt ſanes quoq; ptes obtegat: vrſin⁹ adeps adijcit᷑. Eſt genus ſacri ignis qđ zoſter vocat᷑ qūo occidit eū quē appetit ſi ꝑcingit. Huic occurrit plantago impoſita cū creta cymolia aqua cyſterniua aut certe dulcis ſoluit᷑ ex oleo delde pēna perungit᷑ eadem die liberat.' ¶ Qui mediū qđ ē ruſū teritur ſublato albo in vaſe cupreo deinde piſtillo de cupro ⁊ ſic dolor penna illinitur. ¶ Herba helyotropium ſicca comburit᷑ cuius cinis oui vitello pmiſcetur ⁊ pēna illinitur.

¶ Ad rubeam. CAP. XXV.

Lauabis primum vino veteri ⁊ puluerē vermium terrenoꝝ ſupſperges: q ad ſolem ſint are facti ⁊ alligabis: q ſi locus talis eſt vt alligari nō poſſit ipſos lumbricos recentes teres ⁊ linies.

¶ Ad combuſturam. CAP. XXVI.

Combuſtū polēta cū aqua ſubacta ⁊ impoſita ſanat. ¶ Itēq; malue folia ex aq̄ decoquunt᷑ ⁊ ex ea aq̄ fouent᷑ cōbuſta. ¶ Folia quoq; cruda trita admixta axūgia caprina ſponunt᷑. ¶ Myrti itē viridis folia cōtunſa ⁊ impoſita ſanāt. ¶ Puluis folioꝝ eius ſi cū roſa pfundat᷑ ericcat ⁊ cutē nutrit. ¶ Terra quam talpe eiecerint cum aceto mixta ⁊ trita imponitur. ¶ Ouum crudū cū ſua teſta tritum ⁊ illinitū ſanat. ¶ Fimi colūbini cinis ex oleo illinit᷑. ¶ Cucurbite aride farina vtiliter aſpgit᷑. Lens ex aq̄ ſemicocta imponit᷑. Procedēte vero cura lens cruda cōterit᷑: eiectoq; furfure eius decoq̄t᷑ ⁊ ſic iponit᷑: poſteaq; mel adijcit᷑. ¶ Corticis vitis cinis ex oleo illinit⁹ pilos reddit. ¶ Ordeū toſtū tritū ex albo ouoꝝ illiuitur. ¶ Oua ī aq̄ decoquāt᷑: deinđ ī pruna torreant᷑ dōec putamīa eoꝝ torreāt᷑ ɔburāt᷑: tūc lithea eoꝝ ex roſaceo illiniant᷑. ¶ Oleū addito ſale puſtillas repmit. Eis vero q ſeruenti aqua cōbuſta ſunt ranarū cinis īſperſus adeo pdeſt vt ēt pilos reddat. ¶ Eſficax eſt fibrinaꝝ pelliū cinis. ¶ Fimus leporis ⁊ capre illinitur equis portiōibus. ¶ Gluten taurinū remiſſum ſicut ſolet a febris remitti ſine cicatrice ſanat. ¶ Emplaſtrū ad cōbuſtū. ℞. ſpume argenti. ℥. ij. cere tres. adipis porcini mundati lib. ij. ⁊ ſemis. ¶ Itē empl'ſ qđ ad cōbuſtū mirifice facit: ⁊ cū multa ſint nullū magis pbatū. Protinus enim impoſitū tollit dolorē ⁊ infinita celeritate perſanat. ℞. ſpume argenti. ℥. ij. adipis porcini purgati ſex cere. lib. ij. ⁊ ſemis oui anſerini vitello teres ⁊ miſcebis ſpume argenti tritā cerā cū adipe reſolues. ¶ Ceram itē in oleo roſato reſolues ⁊ facto tenui ceroto admiſcebis bulbū lilij diligenter tritum. Alij tamē addunt ceroſe puluerem molliſſimū ⁊ panis micaū inſuſaū in aqua ⁊ tritā ⁊ ſpume argenti bene trite puluerem. hoc facit ad faciē frigore vel calore exuſtam. ¶ Itē cerotū de roſaceo adiecto adipe porcino recenti.

centi qḋ ſatis eſt. Radices lilij cōteres: ꝛ cum opus fuerit vteris. ¶ Itē ad cōbuſtū. Herbam cuculum inuolutā coctā in cinere ꝯtundes ꝛ oleo atqꝫ aceto ꝑmixtā induces cōbuſtū intra triduū ſanat. ¶ Hedere itē nigre folia ex vino vetuſtiſſimo cocta ꝛ cōtrita ĩpones. ¶ Illinit item canini capitis cinis: cocleariūqꝫ cinis ex oleo atqꝫ adeps verrinus garū infundit nec nominat. ¶ Cancroꝝ marinoꝝ vel fluuialiū cinis ex oleo ꝓdeſt ambuſtis illinita fex vini ſiue ſape: oliuaꝝ carnes terunt ꝛ imponūtur. ¶ Nigra oliua ꝯtinuo ſi imponat cōmanducata puſtulas gigni ꝓhibet. Flos hedere cū cera vtiliter imponit. ¶ Magnes lapis crematus trituſqꝫ inſpergitur. ¶ Optimum vero eſt ſi ex auribus tauroꝝ ꝛ genitalibus ſordes applicantur.

¶ Ad exuſturā frigoris. CAP. XXVII.

AD cōbuſta a frigore Mori arboris ſuccus cū oleo equali mixtus facit. mitigat enī punctus vſturā. ¶ Itē ad ignis ꝛ frigoris aduſtionē. Rute folia ex oleo cocta ꝛ trita colabis puncta deide ꝛ ĩpoſita calefaciūt. ¶ Itē puluere ariſtologie ex oleo trito ꝯtra frigora ꝛ algores perungi vtile eſt. ¶ Vrticam item teres ꝛ ſuperpones ꝛ alligabis. hoc facito bis in die ꝛ intra dies quinqꝫ ſanus erit. ¶ Ituri vero per niuez farinaz opoponacis bibere debēt: eaqꝫ pungi. Vim enim habet mirifice calefactoriam. Si autem facta ſint vulnera frumētum coſtum in ferro ac tritū ꝫ e vino ꝓſentaneo remedio eſt.

alſ toſtū.

¶ Ad ſcabiem. CAP. XXVIII.

AD ſcabiem purgādā folia herbe paritarie cōteres diligēter ꝛ exprimes colabiſqꝫ ꝛ mittes in trullionē aut acetabulum ſuccum vt bulliat diligenter: ꝛ poſtea leuabis ac refrigerabis. Cumqꝫ gelatum fuerit: ſi qs humor remanſit ex illo ſucco fundat de reliquo per unges locū ſcabioſuz. ¶ Itē perſici folia mittes in oleum ſabinēſe: cum iam feruere ceperit vbi ſe conſtauerint: illis leuatis alia mittes: hoc facies ꝛ tertio dehinc colabis oleum ꝛ cera addita factū cerotuz repones ꝛ in neceſſitate vteris. Facit enim ad lateris ac ſplenis ꝛ neruoꝝ dolorem. ¶ Item medulla aſinina illinita plurimum ꝓdeſt. ¶ Itemqꝫ vrina aſini cū ſuo luto impoſita. ¶ Gluten taurinū cum aceto tepefactū addita calce imponit. ¶ Itemqꝫ fimꝰ bubuli alumen liquidū admixto nitro ex melle imponitur. ¶ Nitrū cadēs ex vino extinguit. qḋ tritum ex oleo ſpargit in balneo. hoc enim ꝛ prurituz ſedat. Folia fraxini coques ex aqua ꝛ inde ſepius lauabis. ¶ Reſine cere ſulphuris viui ꝛ picis deñ. vj. cōteres ſigillatim ꝛ ſic miſcebis. iterumqꝫ teres vt lene ſit ꝛ inde in ſole calido corpus illinies ꝛ pauliſper morabit donec bene ſudet. ¶ Itē emplaſtrū aliud ſiue medicamētum ad ſcabiē. ℞. ſpume argēti. ʒ.j. ceroſe. ij. cere punice. vj. olei roſati. iiij. axungie porcine recētis. vj. ¶ Item ad ſcabiē vel cōbuſta. ℞. ceroſe. ʒ.j. ſpume argenti ſemiunē. olei roſati. vj. cere. vj. facto ceroto tritum puluerē miſcebis ꝛ album duorum ouorum addes. ¶ Item phyſicum eis quibus manus replentur. Micas panis in recēti infuſas cum lactuca teres ꝛ impones. ¶ Itē cocyaton ad ſcabiē. ℞. cere libram. j. roſati vnā. lythargiri. iiij. ceroſe. iiij. medulle ceruine. iiij. ouorum trium vitellos. ſuccū ptyſane. que omnia ſcabiē curant. ¶ Itēqꝫ anulum cum melle mirabiliter curat.

alſ amilū

¶ Sanguis quoqꝫ bubulus recēs impoſitus qui cū aruit alter ſuperillinit. poſtero die abluit cinere lixiuo. ¶ Sāguis caninus illinit. ¶ Trium locuſtarum pratēſium pedes cū ſeuo hircino triti medētur. ¶ Itē ad ſcabiē ꝛ pruritū. Radicibus rumicis hoc eſt lapatij medullatis non coctis ſed cū ſale tunſis aceto acri admixto vteris in balneo.

¶ Ad papulas. CAP. XXIX

COclee late minute trite imponuntur. ¶ Itemqꝫ aluminis liquidi pars tertia cum duabus partibus mellis in balneo illinitur. ¶ Creta cymolia ſimiliter illinit. ¶ Cornus ceruini cinis ex aqua illinit. ¶ Itē nitrum combures ꝛ conteres cuz vino ꝛ ex hoc corpus confricabis cum laueris.

¶ Ad puſtellas que vocant volatice. CA. XXX

PRociſcus ad puſtellas volaticas. ℞. yuſyderon. ʒ. iij. allij purgati vnam ꝛ ſemis. ſulphuris viui vnam ꝛ ſemis. cymi denarios. xij. aceti acri quātum ſufficit. teres ſimul omnia ad ſolem ꝛ ꝑmiſcebis.

yu.i. rubigo ferri

¶ Ad varos. CAP. XXXI.

FOlia porri ſectiui trita ꝛ impoſita tollūt varos. ¶ Itēqꝫ farina erui ex aqua impoſita ſanantur ꝛ toto corpore emendantur. ¶ Oleum amigdalum ex melle illinit. ¶ Adeps gallinaceus cum creta tritus cū cepa imponit. ¶ Itemqꝫ varos tollit farina hauene ex aceto cocta ꝛ impoſita. ¶ Lacerte quoqꝫ ſanguine ieiunus illiniatur.

i.orobi.

¶ Ad verrucas clauos ꝛ callos. CA. XXXII.

AGrimonia cum aceto impoſita verrucas tollit. ¶ Fimus auium cum ſanguine murino recenti illinitur. ¶ Itemqꝫ herinacij fel ꝛ ſanguis lacerte: fimo vero gallinaceo cum oleo ꝛ nitro efficaciter tollūtur. ¶ Ocimo quoqꝫ cum attramento ſutorio. Immaturorum etiam ficorum lacte cum axungia mixto. ¶ Similiterqꝫ capitum menarū cinere cū oleo trito. ¶ Itēqꝫ fimi vituli cinere triti ex aceto. ¶ Aſinine nihilominus vrine luto tollūtur. item ſanguine lacertarū que tyzelicole dicuntur: ſi perungunt ipſo. ¶ Item ad verrucas ꝛ clauos. Nitrum tritū cum exiguo mellis illinitur donec cadāt. ¶ Clauū autem qui primum ſurgit de ſapone circumlinies ꝛ in circuitu ꝛ in medio.

¶ Ad pruritum corporis. CAP. XXXIII.

Lauri viridis ſolia cū ſale ex vino veteri ɔteres: ꝛ corpꝰ pfricabis ꝛ nō terges. ℭ Lauri ꝗꝙ tymolas cū oleo ɔteres ꝛ ex eo corpꝰ perunges. ℭ Apiū ɔteres cū oleo roſato ꝛ īde corpꝰ illinies. ℭ Urinā calidā ꝛ nitrū coctū ac tritū ɔmiſcebis ꝛ exīde corpꝰ lauabis. ℭ Jtē nuces rācidas ꝛ ſulphur eq̄lia teres ꝛ de liq̄mine optimo tēpabis ac fricabis: debiſ pfundes ex aqua tēperata corpus ꝛ poſtea de vino veteri ꝛ pane fricabis. ſulphur viuū cū liquaminis flore teres ꝛ ex hoc in balneo punges ita vt non ſcalpas. Cūꝗ diu moratus fueris in calore de mica panis in vino infuſa corpus pfricabis ꝛ ſic deſcēdēs in ſoliū. Herba cuculi cōtrita locū q̄ pruriſ ſanabis. ℭ Feniculi itē viride cōcides minutatī ꝛ nitrū viride cōteres ꝛ ſulphur ex aqua coques ꝛ inde corpus fricabis. ℭ Jtē ad pruriginē. ℞. nitrum lib. j. ſulphuris viui ℥. iij. axungie ſine ſale. iij. nuces rancidas nūcro. xxx. liquaminis optimi quod ſufficiat.

ℭ Ad impetiginem. CAP. XXXIIII.

Ucleū pinee viridis teres diligēter ꝛ mūdiſſime mittes vinū vetus ꝛ terēdo qua ſi cerotū molliſſimū facies ꝛ locū illinies. ℭ Silices quoꝗ tritā cū aceto īpones. ℭ Fauillā itē de foco cū ſaliua induces. ℭ Jtē ſaliua ieiuni pfricanſ. ℭ Similiterꝗ vua canina ora ganti in aceto infuſū ꝛ illinitū mire curat. ℭ Gūmi in aceto infuſū ad vtrūꝗ facit. ℭ Myrra trita imponiſ. ℭ Herba cuculus inter manus cōfricaſ ꝛ illinitur. ℭ Succus celidonie illiniſ ruptis ſolijs expreſſus exptū ē. ℭ Jtēꝗ thuris maſculi nitri ac ſpume argēti paria pōdera cū aceto cōteruntur ad ſpiſſitudinē mellis ꝛ illiniuntur.

ℭ Ad maculas ō corpe eximēdas. CA. XXXV.

OMnē piſcē q̄ ſquamā nō habet. Oēȝ ēt auē q̄ ī palude nō comedat ſicut anſeres follaces anates ꝛ ſtagnatiles piſces q̄ limū habēt. Pulpū vō ſepiā ꝛ oēȝ oſtreā oēq; lugumē qd̄ reſtrictionē facit. azimū ordeaciuȝ miliū. panicū. caules. vl' betas. rapas. melones. cucumeres. cucutias. ſorba. mela. mogaꝝ. ochymū. mānā. carnē porcinā. caprinā. caſeū ꝛ lac vaccinū atq; caprinū. friſionē. colūbā. porrū crudū cepulā. coriādruȝ. alliū. citriū. malūgranatū. ceraſia. pruna. cytoniū crudū. panē infuſuȝ in vino. lactucas. intubā. daucuȝ. maluas. pineas. fungos. vuaſq; nigras edāt. Vinuȝ p̄ter albū nō bibāt neq; dulce neq; cōditū. muſtum vſq; in Nouēbrē mēſeȝ nō bibāt. Idq; ēt obſeruādū eſt ne folia ſinapis comedāt nec cocta nec cruda. Vinum.

De cibis accipiendis. CAP. XLIII.

OMnē aſparatilē piſcē videlicet vt ſunt Lupi: Corui: piſces de flumīe q̄ petrā hn̄t vt tructi ſqualij comede ſed nō multū carneȝ porcinā. gallinas ſiluaticas. pullos. pdices phaſianū. gruē. merulas. turdos. oua ſorbilia. vl' modicū caſeū pecorinū. modicū cappari. ſimulā. alicaȝ. porrū coctū ex aq̄ ſtafiſagriā. aſparagos. paſtinacas. fenugrecū. ſemē ſatureie crudū ꝛ coctū. mentā rutāq; p deſiderio comede. erucas in viſcello īterualo ꝛ ipſas apiū ꝛ petroſiliuū cocta interuallo apij ꝛ petroſilini virides radices modice p deſiderio apij ſemen amandulas: ficos ſiccas ꝛ virides modice ꝛ ipſuȝ cū pipe. vuas paſſas ꝛ virides albas modice ꝛ interuallo coſtū ſpicā ſinapis ſemē interuallo. feniculi ſemē modice cytonia aſſa ꝛ cocta modice. Vinū vō albū ꝛ leue grecūq; bibe. Sup oīa caute homini agendum eſt ꝛ de pluuia cauendū prima vere ꝛ autūno ſempq; ad ventrem accipiendum eſt qui ipſos humores deponat.

Si quis ſyringiones in carne habuerit. CAP. XLIIII.

ABſtinendi ſunt a carne bubula. porcina. anſeria. vngula. ꝛ ab omni legumine.

De obſeruatiōe totius āni vt ſanus cuſtodiatur. CAP. XLV.

AB octauo kalēdis Januarij vſq; in diē octauū kalēdis Aprilis vtēdū eſt calidis ꝛ optimis cibis: nec vino abſtinendum. Ex die ſexto kalēdis Aprilis in quarto idus Maij vtendū bene olētibus ſed acrioribus cibis. Labore corp⁹ exercēdū. Ex die quarto kalēdis Maij vſq; ī diē octauū kalēdis Julij: vſq; in diē ſeptimū kalēdis Octobris vtendū eſt frigidis ac dulcib⁹ ꝛ bn̄ olentib⁹. parcius laborādū ꝛ duodeciȝ dieb⁹ p̄mis venereo vſu obſeruētiſſime abſtinēdū. Ex die ſexto kalēdis Octobris: vſq; in diē ſeptimū id⁹ Nouēbris vtēdū ē acidis acribuſq; q̄buſcūq; eſcis minīe laborādū. Ex die ſexto id⁹ Nouēbris vſq; ī diē octauū. kal'. Januarij vtēdū lenib⁹ cibis vīo idulgēdū paꝝ bibēdū nec venere abſtinēdū. Hec vt dixi obſeruās īcolumi ſoſpitate vite ſpatia trāſcurres vt nulla īdigebis expectatōe medicorum.

F I N I S.

Medicine Pliniane Libri quinq; Expliciunt Feliciter.

¶ Libellus de moꝛbo gallico q̄ ita pfecte erradica
re ipſum oſtēdit vt nunq̄ reuertat̃ nocumētū ī oꝛe
accidere nō pmittens:neq̄ȝ in lecto ſtare cogēs cum
explanatione arboꝛis ſignoꝝ editus p Joānē Alme
nar Hiſpanū artiū ⁊ medicine doctoꝛem eximium.

Tam graui
languentium moꝛbo
pietate : compulſus
de tanta incurando
ipſuȝ medicoꝝ igno
rātia dolēs meaq̄ȝ er
ga te beniuolētia mo
tus mi cariſſime Lu
ca ſūmi opificis auxi
liū imploꝛo. Quate-
nus mentem meam in ſcribendo illuſtret incuran-
do mea ſequētibus remedia habilitatē pīter īfirmis
īſanādo grāȝ largiat̃. Conaboꝛ ergo tibi libellū tra
dere quo ſanos a moꝛbo gallico p̄cauere doceas in
firmos taliter liberes vt nūq̄ moꝛbus reuertat̃: nec
vti emperici faciūt in lecto ſtare cogas nocumētū in
oꝛe nulluȝ accidere pmittas incurabiles q̄ reputant̃
q̄nq̄ȝ tales moꝛbos mirifice ſanes ⁊ in curādo fiſtu-
las cācrū ſcabiē leprā ⁊ oēs ſere melancolicos moꝛ-
bos doctus efficiaris:neq̄ȝ hoc a veritate alienū pu
tes q̄m ſi bñ pſpexeris rōne ⁊ auctē id veꝝ eē cōpbē
des:⁊ ſi expertus fueris ad ſenſum hoc patere cogno
ſces nec me in hoc opuſculo niſi multis expiētijs cō
pꝛobata remedia ſcribē credas vbi ſiqd min⁹ bñ di-
xero equo aīo feras:ſi aūt ex eo fructū conſequaris
deo laus ⁊ gloꝛia tribuat̃ p mei tñ laboꝛis mercede
tibi ⁊ qb⁹ hic laboꝛ pfecerit. Dicere libeat. Te deū
ſupplicit̃ exoꝛam⁹ vt q̄ hoc nobis bñficiū intulit tuo
bñficio muniat̃ vt ab oī aīo ⁊ coꝛpis miſeria liberet̃
⁊ nos liberemur amen.

¶ Diuiſio opuſculi talis. ⸿ In pꝛimo capitulo d̄
terminabitur de oꝛigine moꝛbi eius diffinitionē cō
cludēdo. ⸿ In ſcđo de cāuȝ ipſi⁹ īdagatōe. ⸿ In
tertio d̄ ſignis. ⸿ In quarto d̄ cura. ⸿ In q̄nto de
cautela in euitādo hūc moꝛbū. ⸿ In ſexto de ſolu-
tiōe pulchꝛiaꝝ difficultatū. ⸿ In ſeptīo p hijs q̄ in
medicīa parū exercitati ſunt declarabo arboꝛē ſigno
rū qua poſſint hui⁹ moꝛbi ⁊ alioꝝ q̄litatē cōpꝛehēde
re ⁊ ipſoꝝ cauſas īueſtigare breui ac clariſſima via.

Paturſa nomen moꝛbi.

¶ De moꝛbi oꝛigīe ⁊ diffinitione. CAP. I.

Conuenerūt ſapiētes q̄dā vt hic moꝛbus
q̄ apud Italos appellat̃ gallic⁹ nūc di-
cat̃ paturſa qđ ītꝑtat̃ paſſio turpis ſa-
turnīa:turpis eīȝ moꝛb⁹ ē q2 mulieres ī
caſtas ac religioſos reputari facit ⁊ gnāliter oēs de

Oꝛigo moꝛbi.

turpat. ¶ Et ſaturnin⁹ q2 a ſaturno pp eius ingreſ-
ſum in ariete alijs celi diſpōnib⁹ coadiuuātib⁹ oꝛi-
ginē traxit.

Duratio moꝛbi.

⸿ Et ſi illi īfluxus ceſſauerit nō pp hoc
moꝛbū ceſſare neceſſe fuit q̄m plura coꝛpa īfecta re-
māſerūt a qb⁹ alia inficiunt̃ ex q̄ compꝛehēdi pōt q̄
adhuc p multos ānos hic moꝛb⁹ durabit:iō caueāt
hoīes vt de alijs ſumpto exēplo de ipſis dici poſſit
felix quē faciūt aliena picula cautū fuit autē diſpō a
celeſti influxu tūc in coꝛpꝛib⁹ impſſa humoꝝ aduſti
ua ex pte ſigni arietis qđ calidū ⁊ ſiccuȝ exiſtit:⁊ per
aduſtionē humoꝝ frigidoꝝ ⁊ ſiccoꝝ pꝛoductiua ex
pte ſaturni q̄ frigid⁹ ⁊ ſicc⁹ nā exiſtit q̄ hūoꝛes frigi-
di ⁊ ſicci ſiue melācolici p aduſtionē geniti pulſi ad
varia loca varios doloꝛes inſerūt ⁊ ad cutī varia pu
ſtulaꝝ genera pducūt diffiniat̃ ergo ſic. ¶ Moꝛb⁹ **Diffinitō moꝛbi.**
gallic⁹ ſiue paturſa ē mala epidimialis diſpō in mē
bꝛis coꝛpis p̄cipue in epate ⁊ venis ⁊ coꝝ humoꝛi-
bus exiſtēs ex q̄ veluti accītia ſequūt̃ doloꝛes ⁊ pu
ſtule p vniuerſuȝ coꝛp⁹. ⸿ Tāgit cā efficiēs cū dr̃ **Cā efficiens materialis formalis finalis.**
epidimialis q2 a celeſti influxus pcedēs. ⸿ Forma
lis cū dr̃ mala diſpō. ⸿ Mālis cū dr̃ ī mēbꝛis ēt tā
git dr̄a p hoc qđ dicit ex qua ſequunt̃ doloꝛes ⁊c̄.
⸿ De finali aūt cā moꝛbi medic⁹ coꝛpalis nō ſe in-
tromittit. ⸿ Spūalis tñ medici dn̄t eſſe pp punitio
nē peccatoꝝ quare q̄ ab hoc liberari aut ipm̄ euita-
re pcurāt a delictis caueāt vt mētē ſuam deo appli
cēt ſolus enī deus lāguoꝛes ſanat vt inq̄t Meſ. ī de
appꝛopꝛiatis ex qua diffinitiōe plura ac vtilia coꝛre
laria ſequūt̃. ⸿ Pꝛimū q̄ hic moꝛb⁹ ē vn⁹ ⁊ nō plu
res vt q̄dā inſufficiēter dixerūt q̄m de ipſo nō poſſȝ
vnica dari diffinitio neq̄ȝ vnicā ſemꝑ cām hēret effi
ciētē neq̄ȝ vnica ſibi cōpeteret cura neq̄ȝ vnicū ha-
beret nomē qđ īcōueniēs eēt vt p pte appuit ⁊ ma
nifeſt⁹ adhuc appebit. ⸿ Scđm coꝛrelariū q̄ ma-
le arbitrant̃ q̄ d̄ hoc moꝛbo caplm̄ īueniſſe credūt ſi
ue capla vt de doloꝛib⁹ iūcturaꝝ ⁊ de aſſafati q̄m il
lis nō cōpetit diffinitio ſupius aſſignata p̄terea non
oēs doloꝛes q̄ fiūt ſunt ī iūcturis neq̄ȝ oēs puſtule
aſſimilant̃ aſſafati q̄re neq̄ȝ hic moꝛb⁹ ī eē cū illis cō
uenit neq̄ȝ cura eius ad curā illoꝝ reduci pōt vt īfe
rius māifeſtabit̃. ⸿ Tertiū coꝛrelariū q̄ q̄ curāt tm̄
puſtulas aut q̄ tm̄ ad doloꝛes aduertūt īperfecte cu
rāt. Quis eīȝ p̄t curare pfecte capitis doloꝛē aut ni **De his q̄ impfecte curant.**
miā ligue ariditatē vl̄ ſiti q̄ a febꝛe pueniūt niſi pus
curet̃ febꝛis accñs eīȝ ſeq̄t moꝛbū ſicut vmbꝛa coꝛ-
pus vt Gal. iij. de accñti:⁊ hoc pacto doloꝛes vt pu
ſtule curari nō pñt niſi pus hic moꝛb⁹ curet̃ q̄m iſta
aut ſunt accñtia:aut egritudies aſſociate q̄ ſequūtur
pncipalē ⁊ curā illi⁹ pſupponūt:vt Aui. ī pꝛīa tertij
⁊ pleriſq̄ȝ locis oñdit. ⸿ Quartū coꝛrelariū q̄ ſi q̄s
cōiūgat curā empicoꝝ ⁊ curā iſtoꝝ q̄ regl̄r opari cre
dūt vt empici vngēdo ⁊ medici purgādo q̄ adhuc
īſufficiēs ē cura q̄m p illa medicamīa nō remouet̃ il
la mala cōplexio q̄ ī mēbꝛis impſſa ē ⁊ hec fuit cā:q̄
re multi crediderūt ſe eē ſanos ⁊ nō fuerunt:⁊ ſi ali
q̄s ſanat⁹ ē. ⸿ Hoc fuit q2 p medicīas ſolutiuas ⁊
vnctiōes fuerūt hūoꝛes pfecte euacuati q̄b⁹ euacua **Quare aliqui ſanati ſunt abſq̄ȝ medicis.**
tis nā fuit potētioꝛ ſupꝛa moꝛbū vel ſupꝛa malā illā
cōplexionē ⁊ ipſam expulſit hoc tñ nō factū eſſet niſi
virtus eſſet foꝛtis ⁊ impꝛeſſio fuiſſet modica vbi
autem

aũt virtus fuit debilis ꝛ impreſſio fortis non potuit
hic morbus expelli ꝛ ꝑꝑ hãc diuerſitatẽ in virtute ꝛ
īpreſſione q̄dã potuerũt ſanari abſqꝫ medicinis q̄dã
cũ medicinis ꝛ q̄dã nullo mõ ſanari potuerunt: nos
aũt oſtẽdemus modũ quẽ experiẽtia ꝛ rõ docuit ad
ſanãdũ oẽs remouẽdo cũ medicinis nõ ſolũ humo
Theſaurus cure. rẽ actu faciẽtẽ dolores ꝛ puſtulas ꝛ ipſuꝫ q̄ paratus
eſt facere verũ ipſaꝫ malã ꝯplexionẽ q̄ humores īficit
ipſis tñ prius euacuatis vt regulariter facere ꝯuenit
ꝛ in hoc cõſiſtit theſaurus cure: plura alia correlaria
īferre poſſeꝫ: ſed q2 ſupfluũ eſt ꝓlõgare ſermonẽ in
rebus que in medicatiõe nullũ afferũt iuuamẽtum
vt ait Galieñ. primo regiminis acutoꝝ ſatis de hoc
dictuꝫ puto. Supeſt modo de cauſis determinare.

¶ De cauſis morbi gallici. CAP. II.

Cauſaꝝ duplex eſt genus q̄m q̄dã ſunt
primitiue q̄dã corporales ꝛ iſte dupli-
ces q̄dã antecedẽs: ꝛ q̄dã ꝯiũcta primi
tiua põt eſſe in hoc morbo duplex p̄ſci
paliter. Quaꝝ p̄ma' ẽ ſola īfluẽtia vł' aeris corruptio
ꝑ quã cãm eueniſſe pie credẽdũ ẽ ĩ religioſis. Secũ
Cã primitiua. da ẽ cõuerſatio vt ꝑ oſcula ꝛ lactis aſſumptiõeꝫ vt ĩ
pueris viſuꝫ eſt aut ꝑ coitũ vt ĩ pluribus cõptũ eſt ꝛ
frequẽtiſſime eueniſſe: alijs aũt modis ꝛ p̄cipue a ſo
la influẽtia vł' aeris corruptiõe rariſſime ꝛ ẽt ꝑ alios
modos cõuerſationis euenire potuit qȯ tue cõſide
ratiõi derelinquo. Satis eſt vt ſcias hũc morbũ eſſe
cõtagioſuꝫ vt experientia docet ꝛ rõne ſimilitudinis
quã hꝫ cũ morbis contagioſis nõ aliter credẽdũ eſt
vñ Auic. ſcda primi in cõplẽdo ſermonẽ de diſpoſi-
tionibus egritudinũ quedã ſunt q̄ de vno ad aliud
trãſeũt ſicut lepra ſcabies variole febres peſtilẽtia
Cã antecedens. les ẽt apoſtemata putrida. ¶ Cauſaꝝ v̄o antecedẽ-
tiũ quadruplex eſt genus ſm ꝙ quattuor ſunt humo
res q̄ ĩ materia hui⁹ morbi trãſire parati ſunt ꝑꝑ corꝝ
īdiſpoſitionẽ aut q̄ īpreſſionẽ morbi ſuſcipere apti
Cã cõiũcta morbi ſunt vt ſanguis colera flegma melãcolica. ¶ Cauſa
v̄o cõiũcta eſt duplex q2 quedã eſt ipſius morbi ꝛ ẽ
humor q̄ primo īfectus aut alteratus a cauſis primi-
tiuis inficit mẽbra ꝛ alios humores ꝛ hinc dicit̃ cau
Cã cõiũcta accidentium. ſe primitiue mouẽt antecedẽtes ſed cã cõiũcta acci-
dẽtiũ eſt humor īmediate cauſans dolores aut pu-
ſtulas. ¶ Sꝫ hic poſſet q̄ri an mala qualitas exiſtẽs
in humore q̄ eſt cã antecedẽs poſſit eſſe egritudo ꝛ
videt̃ ꝙ nõ cũ egritudo ſit paſſio viuentis ꝛ humor
nõ viuat. ¶ Ad qȯ reſpõdet̃ ꝙ humor exiſtẽs ĩ epa
te ꝛ venis infectus iſta mala qualitate põt eſſe egritu
dinis ſubiectũ dato ꝙ illa mala qualitas adhuc non
ſit cõmunicata mẽbro q̄m ipſa põt ledere: opationẽ
digeſtiue epatis ꝛ venaꝝ vt humores corruptos ge
neret ergo ꝑ diffinitionẽ egritudinis pꝫ ipſaꝫ eẽ egri
tudinẽ. Ad argumẽtũ aũt dicit̃ ꝙ ſufficit ꝙ viuẽs ſit
ſubiectũ denoĩationis ſiue illud qȯ denoĩat̃ egrũ nõ
aũt oportet ꝙ ſit ſubiectũ inheſionis imo ſtat ꝙ ipſe
humor ſit ſubiectũ cui ipſa egritudo inhereat ꝛ ſi di
cat̃ quomõ humor poterit eſſe cã antecedẽs ꝛ in eo
eſſe ſubiectiue egritudinẽ. Dico ꝙ erit cã ãtecedẽs
reſpectu doloꝝ ꝛ puſtulaꝝ q2 paratus fluere ad lo-
ca doloꝝ ꝛ puſtulaꝝ ꝛ erit ẽt cã cõiũcta ꝑ q̄ꝫto cau
ſat malã cõplexionẽ in mẽbro ꝛ erit ſubiectũ egritu
dinis ꝑ q̄ꝫto hꝫ diſpoſitionẽ ꝑ quã ledit̃ opatio mẽ
bri ꝛ ipſum facit denoĩari egrum. hec ſi bene conſi-
deres omnem difficultatem que circa diffinitionẽꝫ
fieri aut cõſiderari poſſet comprehendes.

¶ Sequitur modo de ſignis.

¶ De e ſignis morbi gallici. CAP. III.

Signa ſunt leſio ſiue nocumẽtũ in virga ꝛ
p̄cipue corroſio ſiue nocumẽtũ qȯ aſſimi
lat̃ carolis: grauitas capitis: ꝛ colli dolor q̄
paulatĩ expãdit̃ verſus humeros ꝛ ſpatu
las vſqꝫ ad iũcturas p̄mo brachioꝝ deiñ tibiaꝝ ꝛ ali
q̄ñ fit ĩ muſculis ꝛ lacertis ꝛ alijs neruis q̄ ſunt ĩ iſtis
mẽbris ꝛ auget̃ dolor ĩ nocte ꝛ de die diminuitur.
¶ Cui⁹ cã eſt q2 hũores in nocte a natura mouent̃ Quare auget̃ dolor in nocte.
ꝑꝑ ipſaꝫ eẽ retractã ꝛ fortiorẽ ꝛ ẽt q2 rõne humidi-
tatis noctis materia auget̃ aut rõne frigiditatis. de
die aũt natura diuertit̃ a ſenſibilib⁹ ꝛ alijs ꝛ non ita
humores mouet: tũ q2 debilitata: tũ q2 circa alias opa
tiones occupata q2 ẽt ſigna cauſaꝝ ex ꝑte doloris ꝛ
puſtulaꝝ oſtẽdã: ex alijs aũt iã patebit ĩ arbore ſigno
rũ inferi⁹ declarãda. ¶ Si dolor eſt acut⁹ ꝛ nõ mul Diſtinctiua morbi ex humoribus.
tũ tarde eueniẽs ꝛ puſtule ſunt parue ad citrinitatẽ
tẽdẽtes vł' vlcerãtes: ꝛ in cute aſpitas appareat a co
lera ſunt. ¶ Si aũt dolor eſt extẽſiuus paulatĩ eue
niẽs: ꝛ puſtule ſunt late ad albedinẽ tẽdẽtes a fleg-
mate ſunt ꝛ ſi iſta ſigna apparẽt ꝛ ſunt cũ pruritu ma
gnifico ꝛ aliquali ardore a flegmate ſalſo ſunt. ¶ Si
v̄o ad nigredinẽ tẽdũt ꝛ parue ẽt ſunt a melancolia
dolore maxĩe exiſtẽte pauco. ¶ Si aũt ad rubedinẽ
tẽdũt ꝛ dolor nõ ẽ mult⁹ a ſanguine ſunt iſta tñ ſigna cõ
fundi repies ſi alia aſpexeris ſigna q̄m queãdmodũ
raro accidit corruptio in humore vno ſolo teſte Ga
lie. p̄lo regiminis acutoꝝ: ita raro repies ꝙ ſolũ ap-
pareãt ſigna ſignificãtia ſupra vnũ humorẽ ſolũ q2
oportet oĩa ſigna in mẽte colligere: ꝛ ea ꝯparãdo q̄d
ſe inuicẽ cõprehendere qȯ magis dñat̃ ꝛ iuxta illi⁹
humoris dominium ita curam ordinare.

¶ Pronoſtica.

Ad hunc Morbũ magis parati ſunt me
lãcolici ꝑꝑ ſimilitudinẽ iuxta.
Ariſto. ſecũdo de generatione in habẽtibus ſymbo
lum facilior eſt tranſitus. ꝛ Auic. Conuerſio in ge-
nere ꝓportiõali facilior eſt q̄ꝫ ꝯuerſio in ꝯtrariũ ſcda pri
mi ꝛ maxĩe illi q̄ ſunt melãcolici ꝑ aduſtionẽ: ſecũdo
illi q̄ ſunt colerici: tertio ſanguinei ꝑꝑ humoꝝ abun
dantiã minus, ceteris ſunt flegmatici ꝛ hoꝝ oĩuꝫ ma
gis p̄parati ſunt q̄ habẽt corpora rara: ꝛ adhuc oĩuꝫ
magis illi q̄ malis humoribus repleti ſunt ꝛ q̄ vtunt̃
cibis melãcolicis ſicut leguminib⁹ carnib⁹ antiquis
ꝛ hmõi. ꝛ q̄ñ hic morb⁹ ẽ recẽs ẽ curabilis: cũ aũt an
tiquat̃ difficilioris eſt cure ꝛ tanto magis q̄ñto anti
quior q̄m illa mala cõplexio cõtinue magis ĩfigitur

quare qui hũc morbũ patiunt̃ ꝙ citius poſſint libe
rari ꝓcurẽt. Jtẽ hñtes puſtulas eminẽtes multas ⁊
dolores paucos facili⁹ curant̃ ꝙ q oppoſito mõ ſe
hñt: ⁊ q nodos hñt q gumẽ vulgarit̃ appellant̃ diffi
cili⁹ ceteris curant̃. Juuenes eni ceteris parib⁹ ſiue
adoleſcẽtes facili⁹ ceteris curãt̃. Vñ Gal. nõ ẽ poſ
ſibile illi q ĩ etate plus ꝓceſſerunt magis ſaluari ꝙ
adoleſcentes ſecundo pronoſticorum: ſupereſt mo
do ad curã deuenire.

¶ De cura morbi gallici. CAP. IIII.

Cura morbi ſeptẽ in ten tionib⁹ ficit̃. Cvrã hui⁹ morbi p ſeptẽ ĩtẽtiões cõple
ri arbitramur. Prima eſt vẽtris lenitio.
Scđa minoratiua euacuatio: tertia mãe
digeſtio. Quarta ipſi⁹ euacuatio. Quĩ
ta mẽbroꝝ alteratio. Sexta ipſoꝝ ꝯfortatio: Septia
Error regimis maior iuuamẽto medicinarũ. accñtiũ correctio. ¶ Sꝫ q plus nocet error ĩ ſex re
bus nõ nãlib⁹ ꝙ ſit iuuamẽtũ medicinaꝝ teſte Sera
pione qnto pratice ſcđo caplõ ⁊ Aui. amplius ſcire
opꝫ ꝙ nõ oĩs cõplexiõis malicia ſuo medicat̃ ꝯrio
⁊c. Imo multotiẽs ſufficit regiminis bonitas: iõ regi
mẽ in ſex reb⁹ nõ nãlibus ꝓponẽdũ ẽ. Vñ lꝫ ſanis et
debeat̃ regimẽ illud appellat̃ ꝯſeruatiuũ. Jſtõ aũt
curatiuũ. Cũ igit̃ oĩs cura ſit p ꝯria vt Gal. tertio te
gni ⁊ Aui. quarta primi ⁊ hic morb⁹ ſit valde ſicc⁹
regimẽ oꝫ declinare ad humidũ: ⁊ q quo ad eſſen
tiã eius ẽ calid⁹ q aduſtiu⁹ ⁊ quo ad hũores frigi
dus q hũores ſunt frigidi ⁊ ſicci opꝫ tẽperare regi
mẽ in actiuis ⁊ in paſſiuis facere qđ declinet ad hui
dũ lꝫ pp aptionẽ ⁊ hũoꝝ ſubtiliationẽ ac digeſtionẽ
neccariũ ſit adminiſtrare calida ipſis tñ opꝫ admiſce
re aliqualr̃ frigida ⁊ cõfortãtia ꝑcipue epar ⁊ venas
Aer. quare ſit aer in actiuis parũper declinãs ad calidũ.
Jn paſſiuis aũt abſolute declinet ad humidũ ſit bo
ni odoris ⁊ euẽtat⁹ ⁊ põt fieri ĩ eſtate artificialr̃ hmõi
ſternẽdo folia cãne ſalicis iunci vitis roſ. violas eis
miſcẽdo laurũ ⁊ res boni odoris ⁊ oĩa iſta irorando
Cibus ⁊ potus. cũ aq̃. ¶ Circa cibũ ⁊ potũ dieta nõ oꝫ eẽ ſubtilis.
Vñ Hypo. tenues ⁊ certe diete in diuturnis paſſio
nib⁹ difficiles q̃rto pũe ꝑticule. Sit ergo panis nõ ca
Vinum. lidus nec pluris triũ dieꝝ bñ coct⁹ ⁊ fermẽtat⁹. Vi
nũ ſit albũ clarũ medij ſaporis ĩter dulce ⁊ põticum
cũ aq̃ cocta debite pmixtũ: aut cũ aq̃ bugloſe borra
ginis ⁊ ſiriũ ⁊ hoc ꝑcipue ĩ declinatiõe q ĩ alijs tpi
bus poſſent plures mãe duci ad loca dolorũ. Jõ ſi
plures dolores adſint bibat rubeũ vſq ĩ declinatio
Carnes. nẽ. ¶ Carnes ſint ex caponib⁹ iuuenib⁹ carnoſis ſꝫ
nõ pinguib⁹ ⁊ ex pullis ⁊ edis ⁊ vitulis lactantib⁹ ⁊
agni annualis carnes faſianoꝝ pdicũ ⁊ auiculaꝝ par
uaꝝ lꝫ cõcedi põt tñ meliores ſunt carnes domeſti
coꝝ q magis de humido pticipãtes. ¶ Ex piſcib⁹
cõcedunt̃ petrini ſquamoſi viuẽtib⁹ in bonis aq̃s ⁊
ex ſupradictis põt fieri ferculũ vt cũ lacte amigdala
Herbe. rũ ⁊ ſeminũ cõiuũ ⁊ ptiſana ordearea eſt valde cõ
Juuamẽ in tria boraginis. ueniẽs: far ẽt ⁊ hmõi. ¶ Ex herbis melior ẽ buglo
ſa ⁊ borago ĩpe: vñ verſus. ¶ Borago bona ꝙ dul
cia ſunt tria bona. Semp vireſcio: ⁊ ĩ oĩ tpe creſcio.

Jnquit Borago gaudia ſemp ago. Jtẽ ꝯcedũt̃ ſpi
nachie ⁊ ĩ ꝓceſſu fenicul⁹ petroſelinũ cũ lactucis ⁊
ſpinachijs miſcẽdo: ⁊ ex hijs herbis ⁊ ipſa cicorea põt
fieri ſalatuciũ cũ aceto paſſulato. ¶ Legumia oĩa ꝓ Legumina.
ter cicera fugiẽda ſunt ⁊ caules. ¶ Lacticinia oĩa fu Lacticinia.
giẽda ſunt ſꝫ lac fortaſſe ꝯcedi poſſꝫ vbi nõ eẽꝫ epa
tis ĩflãmatio aut ſtõi vbi timeret̃ eius facilis corru
ptio vñ Aui. ĩ de cura lepre. Lac ẽ ꝯ ꝯuenientiorib⁹
medicis ergo pp ꝯformitatẽ quã hꝫ hic morb⁹ cũ il
lo poſſꝫ ꝯcedi. ¶ Oua ꝯueniũt ſorbilia aut ĩ aq̃ de Oua aromata.
cocta. Aromata p ꝯfortatiõe mẽbroꝝ ⁊ ĩ pauco vſu
⁊ ꝑcipue cinamomũ ꝯcedi põt: ĩ cibarijs põt poni
tal̃ puluis. ℞. carui aniſi ameos petroſellini apij ma Spẽs ꝓ ꝯdimẽto.
tricaria betonice cimini calamenti pulegij iſopi ſpice
nardi pipis añ. ℥. j. maiorãe folij balſamite ozimi car
damomi galãge liqricie añ. ℥. j. Hic puluis maxime
ꝯueniẽs ẽ hñtib⁹ ſtõs debilẽ ⁊ cerebrũ frigidũ letifi
cat cor ⁊ acuit ſenſus ⁊ mirabilr̃ memoriã cõfortat.
¶ Fruct⁹ ꝯueniẽtes ſunt tẽperati. Jn actiuis aut pa Fructus.
rũ ad calidũ declinãtes ⁊ hũidi ꝯueniũt ergo mora
matura ⁊ dulcia vua matura poma dulcia apia mu
ſcata dactilina ⁊ hmõi ꝗ dari dñt cocta ſub prunis.
Jtẽ cõueniũt amigdale pruna damaſcena pſica ex
ſiccata ⁊ ꝺpilata ĩfuſa ĩ vio granatoꝝ muzoꝝ. ¶ So Somn⁹.
mnus ſit tẽperat⁹ ſupflu⁹ eni nocet iuxta Hypo. ſo
mnus ⁊ vigilia magis mõ facta malũ. ſcđo pticula af
foriſmoꝝ minus tñ malũ ẽ declinare ad ſupfluũ ſo
mnũ ꝙ ad ſupfluã vigiliã ſemp tñ ſtudeas facẽ ꝙ ſo
mnus ſit tẽpat⁹: vñ Aui. tertia primi cap. ix. Somn⁹
tẽpat⁹ virtutẽ fortẽ efficit. Meridianũ aũt ſomnũ
fugiat niſi ꝑnimio dolore nõ potuiſſet dormire ĩ no
cte. ¶ Mot⁹ añ cibũ fact⁹ ẽ ꝯueniẽs tẽpat⁹ pulſis tñ Motus.
ſupfluitatib⁹ pme ⁊ ſcđe digeſtiõis: melius tñ ẽ de
clinare ad ſupfluã qetẽ ꝙ ad ſupfluũ motũ imo qñ
vtit̃ medicis neccãria ẽ qes ⁊ iõ iſti empici cogũt̃ in
lect oſtare: virt⁹ eni tũc totalr̃ attẽta ẽ ad morbi ex
pulſionẽ. ¶ Vitãda ẽ ira furor triſticia timor ſolici Accidentia animi.
tudo cõfert letari gaudere bñ ſpare ꝺ ſalute ſua cõ
fidere cũ amicis ⁊ dilectis cõuerſari. ¶ Coit⁹ aũt ſit Coitus.
tẽpat⁹ ⁊ celebrata tertia digeſtiõe. ¶ Vẽtrẽ hẽat lu Jnanitio ⁊ repletõ.
bricũ ⁊ ſi nõ nã arte dieb⁹ interpolatis faciẽdo tale
cliſtere. ℞. folioꝝ maluaꝝ fumi terre mercurial̃ añ.
m. j. boraginis. m. ß. fiat decoctio de ꝗ accipiat̃. q. s.
⁊ addat̃ olei. ℥. iij. ſalis. ʒ. ij. ſtõ ieiuno imponatur.

Pro prima igit̃ intẽtõe. ℞. caſſie noui Lenitio.
ter extracte electuarij leui
tiui añ. ʒ. v. ⁊ cũ zucharo fiat bolus aut diſtempent̃
iſta cũ aq̃ fumi terre aut aq̃ fructuũ aut potes exhi
bere mãne caſſie añ. ʒ. vj. ⁊ cũ pdictis diſtẽpat̃ p di
nitib⁹ vel fiat tale cliſtere. ℞. blitis mercurialis mal
ue floꝝ camomille añ. m. j. fiat decoctio cui addatur
ierapigre. ʒ. vj. caſſie zuchari rubei añ. ℥. j. olei cõis.
℥. iij. ſalis. ʒ. ij. adminiſtretur ieiuno ſtomacho.

Pro ſcđa intẽtõe ꝗ ẽ mãe minoratio. ℞. Minorantium.
floꝝ violaꝝ: floꝝ boragis añ. ʒ.
iij. liquiricie raſ. paſſulaꝝ enucle. añ. ʒ. ij. prunorum
ſebeſten

ſebeſten añ.numero.v.ſolliculorum ſene epithimi.
añ.ʒ.j.fiat omniū decoctio de qua accipiat quātuʒ
ſufficit ad diſtemperandum caſſie nouiter extracte
electuarij lenitiui añ.℥.j.electuarij Jndi.ʒ.j.ſ.vel tā
tūdē cōfectionis amech fiat bolus cuʒ zucharo aut
diſtēperent oīa ꝛc.vtſupra vel.℞.pillularū fetidarū
de fumo terre añ.ſcru.j.fiāt pillule.iij.cū melle roſ.
ꝛ dent poſt cenā electuaria aūt dent de mane.

Digeſtiuum.

Pro tertia

intētione que ē materie digeſtio.℞.ſyruppi de fumo
terre de bugloſa añ.ʒ.vj.aquarū cicoree endiuie lupulorū
añ.℥.j.ꝛ cōtinuet p quinqꝫ dies.Deinde detur
ſolutiuū poſitū in ſequēti intētione poſtea iterū
accipiat aliū ſyruppū:vt gr̄a exēpli.Recipe ſyruppi
de ſticados.℥.j.de fumo terre.℥.ſ.aquarū boraginis
lupulorū ꝛ endiuie añ.℥.j.trāſactis aūt ſex dieb⁹
aut ſeptē det iterū ſolutiuū ꝛ poſtea iterū accipiat ſyruppū
adhuc fortiorē puta de epithimo cū aquis feniculi
petroſellini ꝛc.ꝛ ſi īfirmus faſtidit cū ſyruppis
fiat talis decoctio.℞.radicū apij feniculi petroſellini
bugloſe bruſci ſparagi ab eis extracto medullo
ligneo capillorū veneris florū boraginis ꝛ melliſſe
epithimi polipodij thimi paſſularū añ.ptes equales
fiat decoctio ꝛ colet ꝛ addito pauco aceti ꝛ modico
zuchari iterū vna bullitiōe bulliat ꝛ de ipſa accipiat
patiēs ciatū vnū mō ꝛ ordine calidā vt ſupra ꝛ ſi de
hac decoctōe iā faſtidit īfirmus dent tales aque cū
zucharo.℞.aquarū ſcolopēdrie feniculi bugloſe boraginis
fumi terre añ.℥.j.cū modico zuchari det vt
ſupra.¶ Sed qꝛ materia ē adeo rebellis ꝙ nō pōt
p itus ſuſcepta digeri opꝫ ꝙ ad extra applicent que
hāc materiā ī digerēdo iuuāt adeo vt ꝗtūcūqꝫ materia
ſit digeſtioni īobediēs hoc mō digerat.ſ.applicādo
p itus ꝛ p extra nec de hoc mireris.ſ.de applicatōe
medicaminū ad extra ad digerēdū qm̄ Gilbert⁹ in curā
tertiane ꝯpoſite ait opꝫ digerere materiā
p fomētatiōes emplaſtratiōes ꝛ hmōi talis ergo
ſeruet ordo vt pria ꝛ ſcd̄a die accipiat ſyruppū patiēs:tertia
aūt die faciās vngi cū vnguēto infer⁹ deſcribēdo
oēs ptes domeſticas tibiarū ꝛ brachiorū ꝛ
plātas pedū ꝛ palmas manuū leniter tn̄ ꝛ parū apponēdo
de vnguēto ꝛ hoc qn̄ vadit patiēs dormitū
ꝛ de mane accipiat ēt ſuū ſyruppum ita vt ī ſexta die
ſint accepti ſex ſyrupi ꝛ ſint facte tres vnctōes ꝛ tūc
dabis medicinā ſolutiuā ꝛ humores qui p os expelli
deberēt ad īferiora diuertent:ꝛ ſic euitabit nocumētū
in ore.Jn dieb⁹ aūt ſequētib⁹ ſimili mō vtaris
fortificādo tn̄ aliquātulū digeſtiuū ꝛ ēt vnguētū ponēdo
magis de tyriaca ꝛ argēto viuo potes ēt illa loca
fomētare cū decoctiōe melliloti radicū altee ꝛ ſimiliū:ꝛ
hoc faciēdo de mane ꝛ ſic erūt tria īgenia ſimul
ad digerēdū.ſ.ſyrupi vnctōes ꝛ fomētationes.

Syrupi. Unctōes Fomētationes. vnguētū.

¶ Sequit mō deſcriptio vnguēti.℞.butiri.℥.iij.
aſſungie porci medie īter recētē ꝛ antiquā lib.j.tyriace
etatis decē ānorū.℥.j.ſ.mitridati.℥.j.argēti viui.℥.ij.ſ.litargiri
auri ſalis cōis añ.℥.j.fiat vnguētū
ex iſtis īcorporādo tn̄ ꝺ aq̄ fumiterre ꝛ ſcabioſe ꝗtū
poterit īcorporari:ꝛ hoc vnguētū eſt ꝓpria medicina
hui⁹ morbi ꝛ vltimū ꝛ mai⁹ ſecretū ꝙ eſſe poſſit
circa ea que exterius applicant:de his aūt que interius
applicant principalius ꝛ maius iſto eſt aqua diſtillationis
tyriace vt videbitur.

Pro quarta

Quarta intentio.

intētiōe q̄ ē ipſi⁹ materie digeſte euacuatio. Jn
forma potabili prio.℞.electuarij lenitiui caſſie nouiter
extracte añ.ʒ.iij.electuarij Jndi mīoris ꝯfectōis
amech añ.ʒ.ij.cū aq̄ fructuū vel cū decoctōe pri⁹ dicta
det ꝺ mane dormiendo deſuꝑ p horā pōt ēt iſta
diſtempari cū aq̄ bugloſe ꝛ endiuie aut ꝺ fumo terre
ꝛ ſimilib⁹.q.s.vt loco.Caſſie ponēdo māne.ʒ.vj
p diuitib⁹ vel p ipſis diuitib⁹ det talis mēdicīa.℞.
ligricie raſ.paſſularū añ.ʒ.ij.ſebeſtē numero.iiij.florū
boragis bugloſe añ.m.ſ.ſolliculorū ſene nūero.iiij.
tamaridorū.ʒ.j.bulliāt ī aq̄ bugloſe fumi terre añ.q.
s.de q̄ decoctōe accipiāt.℥.iij.in q̄ īfundāt reubarbari
ſcru.iiij.agarici ſcru.ij.ſpice gra.iiij.ſtēt p octo
oras infuſiōe ꝛ fiat expſſio cui addat electuarij lenitiui.ʒ.vj.electuarij
Jndi mīoris ꝯfectōis amech añ.
ʒ.j.ſ.ꝛ fiat potio q̄ exhibeat mō vt ſupra hoc tn̄ gr̄a
exēpli dcm̄ ſit.Pillule ꝯueniētes ſūt pillule de hermodatilis.De
fumo terr̄.Jnde Aggregatiue vt gr̄a
exēpli.℞.pillularū ꝺ hermodatilis ꝺ fumo terre añ.
ſcru.j.fetidarū ſcrup.ij.cū ſyruppo ꝺ ſticados fiāt pillule
p vnavice q̄s accipiet patiēs ꝺ mane ꝛ dormiat
deſuꝑ p horas tres aut q̄ttuor.Oīa iſta dcā gr̄a exēpli
qm̄ tua ītereſt ſꝫ exigētiā pticulariū variat ſi op⁹
erit iſta ſolutiua ſūt accipiēda ī ſexta die put dcm̄ eſt
in ꝓcedenti intētione ꝛ eo ordine ꝓcedēdum eſt.

Pro quinta

Membrorū alteratio

intentiōe fiat balneū ſiue
ſtufa cū aq̄ dulci in q̄ bulliāt
malua biſmalua mellilotū camōilla roſe lapaciū
fum⁹ terre ꝛ hoc dꝫ fieri poſt purgatōeꝫ ī die ſequēti.Hoc
enī pacto fit ꝯueniēs alteratio qꝛ humectatio
q̄ maxīe requiſita eſt:ꝛ cū incipit ſudare accipiet
īfraſcriptā aquā.℞.radicis altee fumi terre lapacij
enule añ.lib.ſ.ꝛ minutim īcidant ꝛ ponant ī quattuor
libris vini maluatici ad remolliēdū p vnā dieꝫ
ꝛ vnam noctē poſtea addat tyriace etatis decē ānorū
aut plus.℥.j.ſ.ꝛ ponat ī alābico ꝛ deſtillet aqua
de qua accipiātur.℥.iij.cū.℥.ij.aque bugloſe in principio
vt dictū eſt ꝛ iſta ſtufa reiteret oībus ſex diebus
tranſactis aut ſeptē bibendo iſtaꝫ aquā que eſt
optima ꝛ ſingularis:ꝛ in hoc morbo magnū ſecretū
ꝛ vltimū eſt cauterium.

Pro ſexta

intētione q̄ eſt mēbrorū ꝯfortatio.℞.letificātis Galieni
ʒ.iij.diamuſci dulcis.ʒ.vj.aromatici gariofil.ʒ.ſ.electuarij
regū.ʒ.j.ꝯſerue bug.citoniorū boragis añ.℥.j
ſyruppi de pomis.q.s.fiat electuariū ꝺ quo accipiatur
de mane.ʒ.ij.vel coclear vnū.Jtē.℞.tyriace andromachi
habētem etatē ānorū decē ad minus.℥.j.
mitridati.℥.ſ.ſemīs citri boliarmeni añ.ʒ.j.īcorpo-

rent oīa vltimata cōtritione ⁊ cū aq̄ roſ.muſcata fiat
electuariū de q̄ accipiat ad q̄titatē auellane vel.ʒ.j.
Itē pt fieri talis ꝯfectio ad reſtaurādū ſi debilis val
Reſtauranda. de fuerit vt ſepe accidit.℞.amigdalaꝝ dulciū auel
lanaꝝ aā.℥.j.fiſticoꝝ.℥.ſ.ſeminū cōmuniū frigido
rū.ʒ.vj.zuchari fini penidioꝝ pulpe capōis aā.℥.iij.
cū aq̄ roſ.fiat cōfectio i morſellis.Itē ad hoc valent
epithimata ſaculi cordiales ⁊ huiuſmodi que narra
re prolixum eſſet nimis.

Pro doloribus. **Pro ſeptima** intētiōe q̄ ē accītium correctio ꝑ doloribꝰ
ſi nimiū ⁊ ītollerabiliter īfeſtauerit.℞.radicis lilij ſe
mis iuſqami aā.ʒ.iij.ceruſe.℥.j.medulle cerui ⁊ vi
tuli aā.℥.ij.olei antiqui ⁊ cere.q.ſ.⁊ fiat vnguētū cū
q̄ liniat locus doloris aut pōt poni modicuz opij ſi
vltīa necītas fuerit ⁊ qm̄ iſta narcotica nō debēt ap
plicari niſi vrgēte maxia necītate dicēte Auice.xvj.
tertij.In narcoticis timor ⁊ Meſ.ſi excuſare potes
nō ꝓpinare meliꝰ ē dimittant ꝓpoſſe ⁊ prius tētent
anodina ⁊ vere ſedātia ſicut anetū camomilla melli
lotū altea vitelluz oui lac marie humanum ⁊ hmōi.
Pro puſtulis. ⁋ Pro puſtulis vtere p̄dicto vnguēto vel.℞.ter
bētine pinguedis irci aā.℥.j.ceruſe litargiri auri alu
Pro puſtulis ⁊ cācro. minis vſti.aā.℥.ſ. olei laurini.℥.ij.cere.q.ſ.fiat vn
guētū p puſtulis vlceroſis fiſtulis ⁊ cācro.℞.nitri fu
liginis litargiri tartari cocti ſub cineribꝰ ī frōdibus
cauliū auri pigmēti pipis olibani vitelloꝝ ouoꝝ aā.
℥.iiij.radicis enule lapaci acuti in forti lixiuio cocte
aā.ʒ.ij.ſucci fumi terre ſucci lapaci acuti ⁊ abſinthij
celidonie enule fabe grece abrotani de oībꝰ hijs ſuc
cis aā.℥.iij.ellebori albi ſaponis ſarraceni ſulphu
ris viui aā.ʒ.ſ.oēs ſucci bulliāt depurent ⁊ colent
⁊ poſtea radices lapacij enule trite ponant deinde
ſapo poſtea puluis ſpēru ⁊ tūc adde olei cōis aſſun
gie porci ⁊ cere aā.ʒ.ij.argēti viui cū aſſungia extin
cti.℥.j.⁊ fiat vnguētum qđ erit mirabile ad ſupradi
Pro nodis. cta.⁋ Pro gumis vel nodis accipe radices altee ⁊
in vino albo coq̄ ⁊ cū aſſungia galline tere ⁊ ſuppo
ne.Itē.℞.mucilagis ſemīs lini mucilagis altee aā.
ʒ.ij.olei đ ſpica amigdalaꝝ dulciū camomille aā.℥.
ſ.butiri.℥.j.gumi arabici dragāti aā.ʒ.j.cū cera fiat
vnguētū ad mollificādū ⁊ reſoluēdū mirabile.Ad
idē vꝫ cerotū de mucillaginibꝰ yſopus hūida ⁊ ſi ſia
Itē ad oīa iſta vꝫ vnguētū q̄ ſolet fieri ad ſcabiē vt
℞.terbentine hū lote.℥.iiij.butiri loti.℥.ij.ſalis.ʒ.j.
ſucci citrāguloꝝ vitelloꝝ ouoꝝ aā.nūero.iij.olei ro
ſa.℥.j.miſceant oīa ſimul ⁊ fiat vnguētum.Multa
alia poſſez hic ꝯueniētia ſcribere ſꝫ q2 remoto mor
bo p̄cipali iſta oīa facillime remouēt iſta ſufficiāt.
Pro nocumento oris. ⁋ Sꝫ ꝑ nocumēto oris ſi acciderit.℞.roſaꝝ albo
rū ⁊ rubeaꝝ aā.m.ſ.camomille ſaluie aā.m.j.bulliāt
ī vīo albo ⁊ colet cui colatuꝰ addat aluminis vſti.ʒ.ij.
diamoron mellis roſ.colati aā.℥.ſ.vini granatoꝝ.℥.
ij.miſceāt ⁊ lauet os ſepe ī die ⁊ ꝺꝫ eē vinū vna cu
guiſſara ⁊ media ⁊ loco vini pōt poni aqua plātagis
ſolatri ⁊ ſcabioſe vel.ſemperuiue ⁊ poteſt addi in
decoctiōe camphore gra.v.vel filonij.ʒ.ſ.plus aut
minus ſm̄ doloris exigentiam.ſed vt dictum eſt ab
iſtis cauendum eſt narcoticis.Item valēt fruſtra cu
curbite viridia in ore retenta valet etiam lauare os
cum lacte miſcēdo cum eo aquam nenufaris ⁊ ſola
tri ⁊ multa alia hic ponere poſſez:ſed quia in ore nō
accidet nocumētum ſi bene ⁊ iuxta predicta opera
tus fueris ſatis dictum ſit.Supereſt modo de mo
do euitandi morbum loqui.

⁋ De cautela in euitando morbum Gallicum.
CAP. V.

Qui Gallicum morbum euitare procu
rant in primis a delictis caueant.Unde
dici ſolet ꝓpter peccata veniūt aduerſa
⁊ maxie a peccato luxurie cauere debet:
nā dicit Iob tertio luxuria ignis eſt vſq3 ad cōſum
ptionē deuorās ⁊ ſpirituales medici dicūt q̄ diuer
ſe egritudines veniūt ꝓpter diuerſa peccata vt fe
bris quotidiana ꝓpter peccatū ſuperbie:podagra ꝓ
pter pigritiam:lepra ꝓpter luxuriā ⁊ ſic de alijs.Cū
ergo iſte morbus lepre aſſimilat luxurie attribuen
dus eſt.Sed q2 hec ad alium medicū ꝑtinent ſatis
dictū ſit.Dicamus ergo q̄ noſtra itereſt.ſ.vt caueat
homo a nimia cōuerſatione cū infectis ⁊ precipue a
coitu cum infecta muliere eſt enim hic morbus cō
tagioſus vnde Aui.ſecūda primi in cōpleto ſermo
ne in egritudinibꝰ ſic ait.⁋ De egritudinibꝰ:q̄daꝫ Cōtagioſa egritudo.
eſt que ab vno ad aliud tranſit ſicut lepra ſcabies va
riole ⁊ febres peſtilentiales etiā apoſtemata putri
da:cum ergo hec egritudo:aut lepre aut ſcabiei con
format ꝯtagioſaꝫ dicere ꝯuenit.⁋ Itē cauēdū eſt
ab hijs que humores malos generant ⁊ p̄cipue que
multiplicant humorē melancolicū vt oſtenſum fuit
in regimine per ſex res non naturales ⁊ ſi contingat
q̄ accidat nocumentū in virga ꝓpter coitū ſtatiꝫ re
mediādum eſt cū ſequēti lauāda.Recipe roris ma
rini ſaluie camomille aā.m.ſ.bulliant in vino albo Balneū p virga.
cui poſtea facta colatura addat vinū granatoruꝫ.℥.
ij.mellis roſati.℥.ſ.madefiat virga ſeu locus noci
tus cū hac decoctione poſtea aſpergat deſuper ta
lis puluis.Recipe litargiri auri ceruſe yreos tucie Puluis.
nucum cipreſſi aā.ʒ.j.puluerizentur optime ⁊ poſt
lauandam ponatur ⁊ ſi hic puluis erit nimis fortis
addatur thuris maſticis mirre aā.ʒ.j.pro maiori ta
men ſecuritate cum coitū perfecerit homo vel mu
lier ſe optime abſtergat circa pudibunda cum cami
ſia aut alio pāno lineo mūdo ⁊ caueat a pānis ipſaꝝ
mulieꝝ q̄ñ infecti ſunt ⁊ poſtq3 ita fecerit ꝓ maiori
adhuc ſecuritate abluat locū cuꝫ aqua calida aut vi
no albo cauendū eñ eſt ab aqua frigida qm̄ ipſa ma
teriā cōpingit vnde in fricatione coitus adheret ali
qua limoſitas ſiue humiditas in virga que eſt cā in
fectionis virge ⁊ corporis igit bonuꝫ erit hoc vti re
gimine vt remoueat illa infectio ſeu ſordicies.

⁋ De ſolutione difficultatum que moueri poſſunt
circa hunc morbum. CAP. VI.

Clarificatio

Prima. Clarificatio ſi queraꝛ quare hic morbus incipit a pudibūdis dicunt quidam inepti ꝙ ideo eſt qꝛ ibi magis abundāt humores corruptioni parati: ſed contra: ſi hec rō eſſet ſufficiēs omnes fere egritudines ibi haberēt inicium: ideo dicaꝛ ꝙ inter mēbra illa ⁊ morbi qualitatē talis eſt ꝯformitas: ⁊ hoc merito talis influxus: nō enim quodlibet agit in quodlibet ſed determinatuꝫ in determinatū ꝑhicoꝝ.j. ſic hic morbꝰ aptꝰ eſt primo recipi in virga ⁊ deinde in collo capite ⁊ humeris ⁊ nō in alijs locis vnde ille influxus ꝗ fuit illis tēporibꝰ capiti ⁊ virge inimicabaꝛ.

Secūda. ¶ Et ſi queratur quare terminaꝛ ꝑ os reſpondeꝛ ꝙ hoc eſt merito argēti viui a ſua ꝓprietate hoc faciēs. ſ. trahēdo humores verſus illas ptes. Aut melius ꝙ argētum viuum ſua caliditate humores ſubtiliat ⁊ calefacit ⁊ hoc modo aptos reddit vt ꝑ ſupiora eos natura expellat vnde Paulus ponit ipſuꝫ calidū ⁊ humidū in quarto cui magis adhereo ꝙ̄ Aui. qui ponit frigidum in ſcdo.

Tertia. ¶ Et ſi queraꝛ quare os fetet dicēdū ꝙ hoc eſt ab argento viuo cuius ꝓprietas eſt vt faciat fetere os fumus eius vt Aui. ſcdo canone capitulo ſuo. ⁊ ab eo etiā ꝓuenit dolor capitis ⁊ nocumētū in ore vt ex natura ſua colligiꝛ accedit ad hoc humor qui eſt aduſtus putridus ⁊ malus ꝗ habet facere eadem accidētia ideo nimirū ſi tātus dolor. quare ſummū remediū eſt vt cum incipit humor expelli ꝑ os diuertaꝛ cum medicinis ꝑ ſuperius ⁊ inferiꝰ exhibitis ad partes inferiores.

Quarta. ¶ Et ſi queraꝛ quare aliqui quātūcūqꝫ parati ad egritudines melācolicas merito cōplexionis ⁊ mali regiminis ⁊ coeuntes cū iſtis infectis nō inficiunꝛ dico ꝙ hoc fortaſſe eſt qꝛ eoꝝ corpa ſunt magis denſa ⁊ ex ꝯſequēti difficulter impreſſionē recipientia magis ꝙ̄ cetera aut merito ꝓprietatis indiuidualis que diuerſa ī diuerſis reperiꝛ. vt Aui. pria primi.

Quinta. ¶ Et ſi queraꝛ quare argētū viuū iuuat magis ꝙ̄ cetere medicine ꝑter diſtillationē tyriacalē ſupius dſcriptā. Dicēdū hoc eſſe a ꝓprietate aut melius a qualitate maniſeſta qꝛ calidum ⁊ humidū in vltio ⁊ morbus frigidus ⁊ ſiccus. qd aūt ſit morbus frigidus ⁊ ſiccus ꝑſuadetur: prio qꝛ ſaturninus vt oſtēſum eſt: ſcdo qꝛ compertū eſt humida iuuamētum ꝑſtare ⁊ calida. Item qꝛ ſimilitudinē habꝫ cū lepra que eſt morbus frigidus ⁊ ſiccus ⁊ cū alijs melācolicis morbis. Itē qꝛ egritudo longa vnde Aui. pꝛla tertij tractatu ſcdo capi. vltimo Egritudo cuius tēpus ꝓlongatū eſt: eſt frigida ſm oēm diſpoſitionē. Et cōfirmatur qꝛ raro videmus iſtā materiā putrefieri ⁊ cauſare febrē vñ Gali. nullius rei ꝓprietas eſt vt putrefiat ex frigido neqꝫ ex ſicco ſcdo de complexionibꝰ quare dicēdū eſt hoc eſſe ꝓpterea qꝛ frigida ⁊ ſicca egritudo.

Sexta. ¶ Et ſi q̄raꝛ quare ſepe accidit vt remedia aliqua videāꝛ in principio ꝯferre ſed poſtꝙ̄ ꝯtinuanꝛ nō ꝑſeuerat iuuamētum. Dicēdum hoc eſſe duplici de cā quarum vna eſt ex pte nature alia ex pte egritudinis ex parte nature: qꝛ in ꝯtinuatione faſtidiꝛ ⁊ in renouatione gaudet. Alia eſt ex pte morbi qꝛ ⁊ ſi in principio remedium cōtrarieꝛ morbo in ꝓceſſu ceſſat cōtrarietas ꝓpter aſuefactionē: ⁊ iō ait Aui. ab ipſo ꝙ conſuetū eſt nō fit paſſio quarta primi. Unde videmus aliqua aīalia in prima obuiatione eſſe cōtraria ⁊ inimica: ſed poſtꝙ̄ aſuefit eoꝝ ꝯuerſatio ceſſat illa inimicitia: ⁊ tunc domeſticanꝛ ⁊ ceſſat iter ipſa actio ſiue pugna pariter iudicādum eſt hoc inter qualitates eſſe: ⁊ ſi dicaꝛ contra qꝛ agente debite approximato ⁊ paſſo bene diſpoſito ⁊c. de neceſſitate ſequiꝛ actio. Reſpōdeꝛ ꝙ in hoc caſu bene ſequiꝛ actio: ſꝫ adeo pauca ꝙ nullius eſt momēti. Aut diciꝛ ꝙ propter aſuefactionē ceſſat diſpoſitio in patiēte: ex quo ſequiꝛ ꝙ ꝑmutatio medicinaꝝ dūmodo nō egrediātur ꝓpoſitū maxime vtilitatis eſt: vt Aui. allegato loco.

¶ Et ſi queraꝛ vtꝝ flobothomia ſit ꝯueniēs: dico ꝙ in pricipio ⁊ anteꝙ̄ materia ſit exparſa ad loca doloris: ex quo ipſa eſt in venis ⁊ ſanguini mixta maxime ſi etiā neqꝫ fuerit exparſa ad cutim ipſa eſt ꝯueniēs: ſi particularis ꝯueniūt in ꝓceſſu aūt non cōuenit niſi factis vel applicatis vnctiōibus ⁊ alijs medicaminibꝰ qm̄ cū natura temptauit expellere humores adiuta a medicinis ꝑmiſcuit cū ſanguie aliquid de ipſis quare ad minꝰ vētoſe nō vituperanꝛ: ſꝫ hoc cū cautela ne humores frigidi magis incrudenꝛ aut calidi magis inflāmenꝛ iuxta Aui. quarta primi. Caue ne egrum ad vnā duaꝝ ꝑducas rerū aut humorū colericoꝝ ebullitionē aut frigidoꝝ cruditatē. In hoc aūt caſu magis timeꝛ cruditas ꝙ̄ ebullitio: ⁊ iō raro conueniēs eſt ⁊ expertū eſt multis nocuiſſe potiusꝙ̄ iuuaſſe. Septīa.

Octaua. ¶ Et ſi queraꝛ dolores qui fiūt qualiter appellari debēt: Dico ꝙ vtplurimū extēſiui vnde Aui. Doloris extēſiui cā ē vētoſitas aut humor ꝗ neruū aut muſculū extēdit ac ſi ipſum ad ſuas trahat extremitates ſcda primi nec verū eſt ꝙ qdā extiſtimāt ꝙ hic dolor ſit frāgitiuus qꝛ iudicāt hāc materiā eſſe iter oſſa ⁊ pāniculū fundantes ſe in dicto Aui. Cauſa doloris frāgitiui ē materia aut vētoſitas ꝗ iterponiꝛ iter os ⁊ pāniculū qui tegit ipm ⁊ nō loquiꝛ Aui. d pāniculo imediate tegēte os qꝛ ille inſenſibilis ē ſꝫ loquiꝛ d illis ꝗ nō imediate adherent oſſi ſicut pāniculꝰ tegēs coſtas aut craneum ⁊ hmōi q̄re cū in illis locis nō fiat hic dolor nō dꝫ ſic appellari.

Nona. ¶ Et ſi q̄raꝛ puſtule ꝗ fiūt in hoc morbo ꝗbus puſtulis magis ꝓportionanꝛ dico ꝙ illis ꝗ vocanꝛ aſafati ab Aui. ꝗ ſic ait. ¶ Aſafati eſt ſūmabothor vl ceroſaꝝ Fen ſeptia quarti cañ. cap. de aſafati tū ſepe accidūt puſtule ꝗ alijs aſſimilāꝛ vt ꝗ aſſimilanꝛ nodis fiſtulis cācris eſſere formice ⁊ alijs fere oībꝰ vt ꝯſiderāti patet. Sꝫ qꝛ nominū diſputatio nō ꝑtinet medico vt Aui. pria primi doctrina ſexta q̄nto capitulo ī hoc ſmonē ꝓlōgaꝛ nō itēdo: queādmodū alij ꝗ ignorātes eſſentiā morbi ⁊ cās ipſiꝰ ⁊ ex cōſequēti curā nō niſi de nōībus fecerūt mētioneꝫ quorum opus q̄re fuerit ipreſſum cōprēdere neq̄o.

Decima. ¶ Et ſi

queraſ quare dolores augenſ in ſecunda aut tertia
die vnctiõis. Reſpõdetſ: q tuʒ q: humores moueñſ
tum q: ſubtilianſ in ſaniatiõe ſeu digeſtione que ſit
merito vnctionis iuxta affoziſmum ſecũde particu-
le. In generatiõe ſanici ſebres ꝛ dolores fiũt magis
ꝙ facta ſanie: ꝛ iõ optimũ ꝛ ſinglare ſecretũ ẽ: eo tũc
adminiſtrare ſolutiuũ vt añꝙ humoꝛ ꝑ os expellaſ
ꝑ deoꝛſuʒ euacueſ: ꝛ ſic nocumẽtũ in oꝛe euitaſ: vt
ego ſepius expertus ſuʒ: aut ſi puſtulas ſeu plagas vl-
cerosas habuerit ibi attrahẽtia ponanſ vt humoꝛ in
de euacueſ ꝛ ab oꝛe diuertaſ ex quo īferſ q veriox
An argé- eſt opio q̃ dicit argẽtũ viuũ eſſe calidũ ꝙ q̃ dicit eſſe
tũ viuum frigidũ cũ rõne ipſi⁹ humoꝛ ſubtilieſ ꝛ ponaſ in mo
cal. vl' fri. tu vt oſtẽdiſ. ¶ Sed ꝯ ait ſtudioſus iuuenis Vin-
cẽtius Aliar Siculus. ¶ Argẽtũ viuũ cauſat egritu
dĩes frigidas vt epilepſiã paraleſim ꝛ hmõi vt Aui.
ſcđo cañ. ꝛ alij: ergo frigidũ q: ſimile nõ niſi a ſimili
generaſ vt habeſ in phyſicis. ¶ Ad qđ rñdeſ qđ
veꝝ eſſet ſi ꝑ ſe cauſaret has egritudies ſʒ eas cau
ſat ꝑ accidẽs. ſ. debilitãdo cũ ſit ꝯriuʒ cerebro ꝛ ner
uis rõne cõplexionis q: calidũ ꝛ humidũ ꝛ natura-
lis cõplexio iuuaſ ſuo ſimili ꝛ noceſ ꝯrio iuxta illđ
tertio tegni calidioꝛa calidioꝛib⁹ īdigẽt adiutoꝛijs q̃-
re ob debilitatẽ humores frigidos generãt ꝛ eos fa
ciliter recipiũt cerebrũ ipm dico ꝛ nerui ꝛ ſic patet
clare ſolutio q: nõ incõuenit q aliqd generet ab eo
diuerſum ꝑ accidẽs vt frigidũ calidũ ꝛ calidũ frigi-
Undecia dũ ꝛ ſic de alijs. ¶ Itẽ queſitũ fuit a quodã acutiſ-
ſimo iuuene Frãciſco de carmino vtꝝ argẽtũ viuuʒ
ſit ꝯueniẽs in hac egritudine cũ ſm mẽtẽ omniũ au
ctoꝛũ inimicaſ neruis ꝛ hec egritudo ꝑ maioꝛi pte
eſt ī neruis. ¶ Itẽ ait ipſe fama q̃ oẽs ſamãt nõ om
nino vana ſeptio ethicoꝝ ſed oẽs fere dicũt argẽtuʒ
viuũ eſſe ꝯriũ ꝛ vnctiões ꝓpterea vituperãt igiſ ꝛc̃.
ad q̃ ꝑ me reſpõſuʒ fuit q argẽtũ viuũ ẽ ꝯueniẽs ꝓ-
pter rõnes ſupius dictas ſʒ ad primũ argumẽtũ di-
co q lʒ hẽat ī ſe aliqđ nocumẽtũ: tñ poſtꝙ coꝛrigiſ
vt oñdiſ ſuo loco nõ ẽ tñ qn ſit multo mai⁹ iuuamẽ
tũ. ¶ Vel ꝑ oſſʒ dici q iõ argẽtũ viuũ ẽ ꝯriũ neruis
q: ei⁹ cõplexio ẽ ꝯria ꝯplexiõi naturali neruoꝝ: ꝛ ita
in ſanitate noceret ipſis neruis: ſʒ q: nerui ſũt diſcra
ſiati ad frigidũ ꝛ ſiccũ ꝛ ꝑ argẽtũ viuũ remoueſ illa
diſcraſia donec reuertanſ ad ſuã eucraſiã: iõ poſſet
dici q abſolute ẽ ꝯueniẽs vñ aliqua in egritudie cõ
ueniũt q̃ in ſanitate diſcõuenirẽt ꝛ traherẽt coꝛp⁹ ad
lapſum ꝑter naturalẽ. Ad ſecũdam rõnem dico
q notãter ait Ariſtoteles nõ omnino vana quia nõ
vult q nullo modo ſit vera: hʒ enim aliqd veritatis
ꝓ quãto argẽtũ viuuʒ vt ꝓbatuʒ eſt habet aliqd no
cumẽti: nõ tñ ꝓpter hoc eſt ꝓhibẽduʒ ex toto ꝛ ma-
xime coꝛrectũ: ait eñ Galine⁹ vndecio de īgenio ſa-
nitatis difficillimũ ẽ īuẽire aliqđ auxilioꝝ q nihil no
Duodecima cẽs ꝯferat. ¶ Itẽ fuit q̃ſitũ ab alio q̃re doloꝛes ma-
gis multiplicanſ in iũcturis ꝙ ī alijs locis cũ ex mo
tu deberẽt magis reſolui ꝛ fuit ſubtilis iuuẽis Iaco
bus Roger ad qđ rñſuʒ eſt q magis facit vacuitas
ad aggregandũ ꝙ motus ad reſoluendũ vnde Aui.
ſcđa Fen primi Canonis amplitudo que eſt apud
iuncturam eſt apta vt materia ad ipſam deſcendat.

¶ De explanatiõe arboꝛis ſignoꝝ. CAP. VII.

Omne ſignũ egritudinis aut ſumiſ a re
non nãli aut a re nãli aut a re ꝑter nãm.
A re nõ nãli vt in quo aere ſtetit infir
mus qbus cibarijs quo potu vſus ſit q̃
exercitio: quo ſomno: qua vigilia ꝛ ſic de alijs. A
re nãli vt cui⁹ etatis ſit infirm⁹ qualis ſit eius ꝯſue-
tudo: qualis ars: qualis virt⁹: q̃lis cõplexio ꝛ hmõi.
A re ꝑter nãm tripliciter ab operatiõe leſa q̃lita-
te mutata ab exeũte mutato. Ab opatiõe leſa triplici
ter aut aĩali: vitali: aut nãli. Ab aĩali dupliciſ mo
tiua ꝛ ſenſitiua. Senſitiua dupliciter interioꝛi ꝛ
exterioꝛi exẽplũ de motiua vt qualiter poſſit moue-
ri ſcđm totũ ꝛ ſcđm mẽbra exẽplũ de ſenſitiua exte-
rioꝛi vt qualr̃ videat audiat olfaciat tangat vt puta
quẽ doloꝛẽ ꝑcipiat quẽ ſapoꝛẽ in oꝛe ſentit. Exẽ
plũ de ſenſitiua interioꝛi vt q̃les hẽat imaginationes
quale iudiciũ: qualẽ memoꝛiã: q̃lia ſomnia. Exẽ-
plũ de vitali vt qualẽ pulſuʒ qualẽ hanelitũ habeat
de anime paſſionib⁹ in ſex rebus nõ nãlib⁹: fiat inq
ſitio. Si ſumiſ a nãli opatiõe hoc dupliciter aut ab
operatiõe virtutũ miniſtrãtiũ aut miſtratarꝝ. Exẽ-
plũ primi vt qualiter appetat retineat digeret attra-
hat atqʒ expellat puta egeret vrinet meſtrua hẽat co
heat ſub re nõ nãli cõprehendaſ. Exẽplũ de ad
miniſtratis vt qualr̃ nutriaſ: ꝛ de oĩb⁹ iſtis opatiõi-
bus inueſtigãdo an ſit diminuta an albata an coꝛru
pta opatio. A qualitate mutata vt qualis ſit odoꝛ
hanelitus infirmi: qualis ſudoꝛis q̃lis vulneris vlce
ris aut ſanici. Qualis ſit ẽt coloꝛ lingue oculoꝛũ
faciei ꝛ toti⁹ coꝛpis q̃lis humiditas q̃lis ſiccitas ꝛc̃.
aſperitas lenitas duricies mollicies lingue vẽtris ꝛ
totius coꝛpis. Ab exeũte mutato vt quãte ꝛ qua
les ſint ſupfluitates oculoꝝ nariuʒ aurium palatus.
Qualis ſit vomit⁹ ꝛ quãt⁹ ac ẽt eructatio qualis
itẽ vrina egeſtiones: capitis ſubaſſellaꝝ pedũqʒ ſoꝛ-
dicies ꝛ toti⁹ coꝛpis ſudoꝛ allices oſcitatiões nauſea
ſubuerſio ad nãles opatiões expulſiuas reduci pñt:
q: a nã tentante expellere fiunt. Unde ſigna ſan- Signa
guinis iſta ſunt. A re nõ nãli q: vſus eſt regimie ſanguis.
multiplicante ſanguinem: vt quia vtitur arte gau-
dioſa ſicut cantatoꝛ aut hiſtrio vel quia vtitur cibis
multiplicantibus ſanguinem ꝛ potibus vt ſunt oua
ſoꝛbilia teſticuli galloꝝ vinuʒ optimũ ꝛ huiuſmodi.
A re naturali q: carnoſus complexionis ſangui
nee adoleſcẽs ſeu iuuenis ꝛ ſimilia. A re ꝑter na
turam ꝛ primo ab operatione leſa grauitas in origi-
ne oculoꝛum ꝛ capitis ꝛ timpoꝛum pulſatio allices
oſcitationes nauſea doꝛmitatio multa ꝛ pꝛofunda
ſenſuũ turbatio tarditas in cogitãdo laxitudo mem
broꝛum abſqʒ laboꝛe pulſus magnitudo velocitas
ꝛ frequẽtia

⁊ frequētia repletio vaſoꝝ ſiue vene ſiue arterie fuerint. ¶ A qualitate mutata rubedo in toto coꝛpoꝛe ⁊ maxie in venis oculoꝝ repletio ipaꝝ boꝛboꝛ i oꝛe. ¶ Ab exeūte mutato vrina rubea groſſa aut rubea obſcura aut rubea roſſea in egeſtionibus non apparet ſignum ſputum eſt dulce aliquando ſanguini mixtum exitus ſanguinis per nares aliquando a gingiuis aut meſtrua vel emoꝛoides vel per alia loca ſudoꝛ fetidus ſicut hirci etiam multus puſtule ſanguinee: ⁊ hijs additur: qꝛ patiens ſomniat ſe videre res rubeas ſanguinē fluere natare in eo. Unde quarto Coll. recitatur de Galieno ꝙ pꝛeceperat flebothomari quēdam qui ſomniauit in dolio ſanguinis balneari: alij vero nolentes iniunxerunt ſibi exercitium ⁊ moꝛtuus eſt.

Signa colere. Signa colere a re nō naturali qꝛ vſus exercitio foꝛti ſtetit in aere calido vſus ē cibarijs callidis ⁊ ſiccis coleram multiplicantibus ⁊ cetera. ¶ A re naturali qꝛ iuuenis colericus ⁊ huiuſmodi. ¶ A re pꝛeter naturam ⁊ pꝛimo ab operatione leſa qꝛ habet infirmus ſitim multā inquietudinē doloꝛem in parte dextra frontis ⁊ vehementia lucis ei nocet ⁊ quandoqꝫ habet famē ſincopalem debilitas appetitus nauſea hoꝛripilatio admodū puncture accuum: furoꝛ: moꝛdicatio vehemens in exitu ſecuum ſimiliter ⁊ vrine pulſus velocitas cum duritie ⁊ tenſione hic poteſt conſequenter poni de ſomnijs qꝛ potius attinent actioni leſe vt qꝛ videt res citrinas igneas ꝙ facit rixas ⁊ aliquando ſomniat ſe volare. ¶ A qualitate mutata vt citrinitas faciei ⁊ totius coꝛpoꝛis oculoꝛuꝫ citrinitas ſicut accidit in ictericis oꝛis amaritudo lingue ſiccitas ⁊ aſperitas nariū ariditas. ¶ Ab exeunte mutato vrina ruſa citrāgularis ignea crocea egeſtiones crocee: ſputū amarum: vomitus colericus viridis vel croceus ⁊ amarus: humiditas narium ⁊ oculoꝛum accūta colerica ⁊ pauca aurium vero multa.

Signa flegmatis. Signa flegmatis a re nō naturali vt cibi repletio ocium ſomnij pꝛolixitas ⁊c. ¶ A re naturali vt qꝛ cōplexionis flegmatice piſcatoꝛ pinguis ⁊ huiuſmodi. ¶ A re pꝛeter naturam ⁊ pꝛimo ab actione leſa paucitas ſitis niſi vbi fuerit flegma ſalſum debilitas digeſtiue etiam in tempoꝛe ſanitatis oxiremia ſomnus multus pigricia: ocioſitas membꝛoꝛum laxitas ponderoſitas oculoꝝ obliuio doloꝛ in poſterioꝛi parte capitis vertigo ſcothomia caſus appetitus: appetitus acutoꝛum ⁊ acrium nauſea eructuatio doloꝛ grauatiuꝰ frigiditas in capite ⁊ ſtomacho ꝑcepta eius notabilis leſio: ibi enim multum aggregatur de flegmate vt Auic. decimatertia tertij ⁊ Meſ. inde appꝛopꝛiatis raritas tarditas ⁊ lenitas pulſus. ¶ A qualitate mutata frigiditas percepta coloꝛ albus in facie ⁊ coꝛpoꝛe ſuperfluens albedo lingue mollicies eius ſuꝑflua ſqualiditas coꝛpoꝛis tumoꝛ etiam faciei cū mollicie. ¶ Ab exeunte mutato vrina alba diſcoloꝛata pallearis vel ſubcitrina egeſtiones flegmatice albe viſcoſe ſeu mucoſe aquoſe ⁊ huiuſmodi ſputū viſcoſum aquoſum multiplicatio ſaliue nō amare ſed pontice multitudo ſuperfluitatis egreſſe per nares ⁊ palatū ⁊ additur ſomniare aquas niues pluuias ⁊ huiuſmodi q̄ ad operationes leſas reduci poſſunt.


Signa melancolie. Signa melancolie pꝛimo a re non naturali vt qꝛ vſus eſt nimia cogitatione ſollicitudine timoꝛe ⁊ cetera puta cibis melancolicis ⁊ huiuſmodi. ¶ A re naturali qꝛ complexionis melācolice ⁊ conſuetus incurrere egritudines melancolicas ⁊ ſimilia. ¶ A re pꝛeter naturā ⁊ pꝛio ab actione leſa qꝛ in capite ſentitur grauitas ⁊ magis in parte ſiniſtra ardoꝛ oꝛis ſtomachi deſideriū coꝛruptum: ⁊ aliquando caninum: vigilie multe: ſolitudo multa leſio ſeu egritudo ſplenis: vt doloꝛ ⁊ grauitas ſeu durities: taciturnitas: cogitationes multe: fletus ſeu voluntas flendi: fixio aſpectus rugitus; pigricia tenſio ypocundrioꝛum: paucitas ſomni ſi non fuerit cū flegmate acredo vel acetoſitas oꝛis prauitas pulſus cum duricie coꝛpoꝛis extenuatio. ¶ A qualitate mutata fuſcedo in coꝛpoꝛe apparens ſeu nigredo coꝛpoꝛis piloſitas moꝛfea nigra ⁊ eſt foꝛtiſſimum ſignū vt Auer. quarto coll. in palpebꝛa inferioꝛi oculi maxime nigredo ⁊ limpitudo in eis. ¶ Ab exeunte mutato vrina nigra vel ſubnigra ad ſcuritatem tēdens viridis liuida nigredo egeſtionū ſeu fuſcedo paucitas ſputi acredo eius eructuatiōes acetoſe ſanguis niger ⁊ coagulatus ſi exiuerit. Somnia ſunt multum terroꝛem inferentia. Etiam poteſt addi a iuuantibus ⁊ nocentibus.

Notandum tamen ꝙ ea tria que Galienus ponit genera ſignoꝛum ſcilicet a ſubſtantialiter inherentibus a caſibus ⁊ operationibus ad iſta tria reduci poſſunt vel iſta tria ad illa ⁊ ſi hic ponatur vt in arboꝛe apparet a re naturali ⁊ nō naturali a iuuantibus etiam ⁊ nocentibꝰ qđ poni poſſet omnia tamen ad illa tria Galieni reduci poſſunt vt patet recte conſideranti. Sequitur modo arboꝛ fingas itaqꝫ infirmū ſtantem in pede arboꝛis ⁊ te colligentem ſigna ab ipſo arboꝛe incipiendo a virtute motiua ⁊ hoc modo te exercitabis ⁊ res tibi facilis efficiē vnde Galienus difficilia exercitatis facillima fiunt pꝛimo pꝛonoſticoꝛum.

FINIS

¶ Explicit Libellus de moꝛbo gallico editus per Joānem Almenar Hiſpanū artiū ⁊ medicine doctoꝛem eximium.

Arbor Signorum.



¶ Nicolai Leoniceni vicentini in librum de epidemia quā itali morbum gallicum vocant ad Illuſtrē virum Ioānem Franciſcum mirandulenſem Concordie comitem prefatio.

Habitaꝫ Nuper Ferrarie de morbo quem gallicum vocāt diſputationē atqꝫ a me poſtmodū mandatā litteris cui magis quā tibi Ioānes Franciſce mirandulenſis dedicauerim qui cū ſuꝑiobus diebus Ferrarie adeſſes atqꝫ ante dieꝫ ad eandeꝫ diſputationē conſtitutū tibi ex cauſis vrgentibus eſſet diſcedendum nō parum dolere mihi viſus es ꝙ eidem diſputationi nō poſſes intereſſe neqꝫ diſſimulanter tuliſti gratiſſimaꝫ reꝫ me tibi facturū ſi q̄ nō potuiſſes preſens accipere haberes abſens ex meis litteris vel potius volumine ad id dedicato legendi facultatē. Et quoniā nō te latebat magne cōtentionis diſputationes a medicis atqꝫ philoſophis pertractatas nō veritatis inuentione ſed iurgijs atqꝫ clamoribus plerunqꝫ terminati illud inſuper a me expectare videbaris vt nō ſolum que nā inter diſputantes opinio tandē eēt ꝓ vera recepta tibi ſignificarem. ſed mei quoqꝫ iudicij calculū inter ambigentes ſentētias manifeſtareꝫ. Quid plura; ego q̄ tibi ꝓpter tua eximia in me beneficia oīa debeo pollicitus ſum facturū me qd̄ optabas arduum q̄dem opus ac pene temerarium niſi ipſum excuſaret obſequm. Ecce igitur iā tibi fidem ꝓmiſſam exoluo quāto tardius quā tu forte cupiebas tanto maiore cū fenore nō ſolū eniꝫ eam que precipue defendebat Ferrarie opinionē ſed quaſcūqꝫ alibi plurimū vigere intellexi conatus ſum ꝓ mei ingenij imbecillitate cōfutare meāqꝫ poſtremo loco exēplis rōnibus: ac nobiliſſimoꝝ medicoꝝ auctoritatibus cōfirmare. Multa preterea Auicēne dicta que ad ꝓpoſitaꝫ cōtemplationē ꝑtinebāt duximus in cōtrouerſiam. Quare qui hec lecturi ſunt queſo boni cōſulāt neqꝫ me ꝓpterea impudētem aut inſolentē iudicēt q̄ auſim magni nominis auctores inceſſere. Facimus hoc multoꝝ veterū ac precipue Ariſtotelis ſummi philoſophi exemplo qui tāti fecit veritatē vt ꝓ ea aſſerēda ſcripſerit etiā cōtra preceptorē neqꝫ vero hanc apud te prefamur veniā q̄ hoc meū circa antiquoꝝ ſcripta examinanda ſtudiuꝫ adeo nō improbas vt in ea quā nuper Ferrarie habuimus de litteris cōfabulatiōe mirari te mihi dixeris ꝙ in illo quē ſuꝑioribus annis edidi de medicoꝝ erroribus libro Plinium tā leuiter perſtrinxiſſem. in cuius auctoris libris tu multo plēs quā q̄ a me fuere notati errores aiaduertiſſes. Dicimus iſta malignis atqꝫ impudentibus quoꝝ aliter ea etiā que tacite ꝓbant qꝛ tū ipſi nō ſcripſerunt aut inuenerūt liuore ducti aperte calūniantur aliter vero more pecudū alienis ſemper veſtigijs inſiſtētiū nihil ſuo oīa alioꝝ iudicio tribuūt ⁊ ſi cui ſe ſemel auctori addixere eius autoritatē ſine ratione rōnem eſſe arbitrant. Ut cunqꝫ tamen hi de noſtris ſcriptis iudicauerit q̄to minorē apud ipſos gratiam ſumus habituri tāto maiorē apud ꝓbos ac doctos ſperamus cōſequi apud te preſertiꝫ q̄ Ioānis Pici patrui tui ꝑ oīum gradus virtutum veſtigia imitaris quiqꝫ eā que in eius intēpeſtiua morte facta eſt litteraꝝ atqꝫ oīum bonaꝝ artium iacturam. ita reſarcis vt ad te reſpicientes virgilianum illud omnes vno ore pronuncient.

Uno auulſo non deficit alter.
Aureus ⁊ ſimili frondeſcit virga metallo.

Tibi itaqꝫ ⁊ paucis cecinimus vobis placuiſſe cōtenti reliquorum autem vel inuidorum vel imperitorum iudicia contemnentes.

¶ De Epidemia quā Itali morbum gallicū Galli vero Neapolitanū vocant. Nicolai Leoniceni Uincentini Liber.

Nouos Italie aduenīſſe morbos prioribus ſeculis ignoratos antiqua etas credidit ſiquidem Plinius vir eruditiſſimus nō mō Italie ſed vniuerſe fere Europe lichenas ante Claudij principatuꝫ incognitos fuiſſe teſtat̄ vigeſimo ſexto de hiſtoria naturali libro. Ego vero de alijs Europe ꝑtibus nō plane habeo ſtatutū q̄d ſentiā. Illud ꝓ certo affirmare auſiꝫ multis ante quā Claudius imperaret ānis lichenas fuiſſe grecis familiares q̄ñ Hippocrates auctor grecus vetuſtiſſimus cū multis alijs in locis tū preſertiꝫ in tertia ꝑticula Aphoriſmoꝝ in morboꝝ eſtiuoꝝ mētione lichenū cōmeminit vt mihi magis fiat veriſimile vexaſſe id malū etiā Italiā quāuis forte lōgo temporꝝ interuallo ante Claudiū ſed nōdum romano imꝑio ad exteras nationes ꝓpagato atqꝫ ideo minus a grecis medicis Roma frequētata defuiſſe eidē morbo nomē datores. idcirco donec ſine nomine ꝑſtitit fuiſſe iteriꝫ obſcuriorē ſicuti poſtea Claudio imperāte iā grecis artibus ac precipue medicina vigēte in ciuitate lichenas atqꝫ mentagrā vocitātes fecere illuſtriorē. Simile quoddā noſtro hoc euo accidit iam eniꝫ inſolite nature morbus Italiā: ⁊ multas alias regiones inuaſit. Puſtule ſunt a partibus obſcenis incipiētes: mox totū corpus: atqꝫ ipſaꝫ precipue faciē occupātes preter feditatē: magnū inſuꝑ cruciatū plerunqꝫ afferentes. Huic tamē morbo nōdum noſtri temporis medici verū nomē impoſuere: ſed vulgato nomine malū gallicū vocāt: quaſi eius cōtagio a gallis in italiā importato aut eodē tēpore ⁊ morbo ipſo ⁊ galloꝝ armis Italia infeſtata. Non defuere

quidem: qui eūdem cum illo putarint: quem priſci
elephātiaſin nominarūt ſicuti alij morbū Gallicum
eſſe antiquis lichenas alij aſaphati alij prunam ſiue
carbonē. alij ignē pſicū ſiue ſacrū exiſtimarūt. Que
quidē ambiguitas nominū ⁊ dere ipſa quoqꝫ diſſen
ſio multos ſuſpicari fecit nouā hanc eſſe luem nūꝙ̄
a veteribus viſam atqꝫ ideo a nullo medico vel gre-
co vel arabe inter alia morbor genera tactā. Ego ſi-
cuti neqꝫ illis aſſentior qui varias huic morbo indi-
dere appellatōes haud quaquā eius nature ꝯgruē-
tes. ita vbi ꝯſidero eadē natura p̄ditos hoīes ſub eo
dem celo natos ſub eiſdē ſyderibus educatos eiſdē
etiā ſemꝑ fuiſſe morbis obnoxios cogor exiſtimare:
neqꝫ mihi pōt in captum mētis pueuire natā hāc re-
pente labē noſtram ita infeciſſe etatē: vt nullā ſupio-
rem. Q̄ſi quis aliter quā ego ſentiat quid tandez
hoc eſſe dixerit aut quā deorū vindictā: nā ſi cauſe
naturales inſpiciant̄ millies poſt mūdi initia eedem
extitere. Quare ſimilē morbū ex cauſis ſimilib⁹ etiā
ſupioribus etatibus ꝯtigiſſe parati ſumus oſtēdere:
vbi prius illor oplones qui morbū Gallicū fuiſſe a
priſcis elephātiaſin nominatū ſiue quid aliud a no-
ſtra opione diuerſum credidere ꝯfutauerimus. Sꝫ
anteꝙ̄ diſputationē ipſam aggrediamur. illud in pri
mis admonēdū eſt aliud morbi genus ſignificari ver

Elephantiaſin aliter apud grecos alit̄ apud arabes capi.

bo elephātiaſis in libris arabū: aliud in libris greco
rum. Raſis ſiquidē atqꝫ Aui. elephātiaſin ꝓ morbo
accipiunt in quo pedes ⁊ crura ſupra modū intume
ſcunt. Galenus ac Paulus omneſqꝫ greci auctores
in eodē verbo morbū intelligūt quē Aui. ⁊ medici
iuniores leprā appellāt. De p̄io verbi elephātiaſis
apud arabes ſignificato neminē ambigere arbitror
de ſcd̄o apud grecos vſitato longius eſt a nobis diſ

Galen⁹ ⁊ Paulus

ſerēdum: nā ſi oſtēſum fuerit nihil aliud eſſe grecis
elephātiaſin: quā morbū illum quē vulgato noīe le
prā vocamus: tūc id quoqꝫ ꝓbatū erit morbū galli-
cū non eſſe elephātiaſin quādo ⁊ qui cōtrarium ſen
tiunt morbum gallicum plurimuz a lepra diſtare cō
cedunt. Ut igit̄ ad rem ipſam ꝓpius accedam⁹ ele-
phantiaſin apud grecos eē apud arabes ⁊ iuniores

Elephantiaſis quid ſit.

medicos leprā ita demōſtratur. elephātiaſis auctore
Paulo egineta eſt cancer totū occupās corpus vn-
de idē paulus inqt. Si cancer vnum tātū morbū in
feſtās tamē ſm ſniam Hippocratis inſanabilis ē quā
tomagis elephas qui cancer quidaz eſt vniuerſalis
oēm curationē ſuperabit. Eādem ſniam ſcribit lib.

Auicēna

iiij Aui. his verbis. Et cum cancer qui eſt lepra mē
bri vnius ſit de illis qbus nō eſt ſanatio qd dicem⁹
de lepra que eſt cancer totius corpis. Idem dixerat
Aui. circa initia eius capitis in quo agit de lepra ꝙ
videlicet lepra eſt ſicuti cācer cōis toti corpi. Sed
⁊ eorūdez humor vitio generari elephātiaſin Pau
lus cēſet ⁊ Aui. leprā ⁊ quēadmodū Paulus mi-
nus malā elephātiaſis ſpēm ſtatuit que ex quadam
veluti fece ſanguis ſuperaſſata ortū hꝫ alterā que a
flaua bile eque retorrida fit deteriorē ſic ⁊ de duab⁹
lepre ſpecieb⁹. quar alterā itidē ex fece ſanguis alte
ra ex flaua bile in atrā ꝓpter aſſationē ꝯuerſa gene-
rat̄ Aui. decernit. Neqꝫ vero aliā Paulus elephā-
tiaſi aliā lepre Aui. adhibet curationē. Neqꝫ ēt Ga
lenus ſcribēs de elephātiaſi. ſcd̄o libro artis curati
ue ad Glauconē minus quā Paulus cū Aui. ſcri-
bēte de lepra ꝯcordat imo v̄o omnia illa Aui. v̄ba:
q̄ lepra multiplicat̄ in Alexādria ꝓpter caliditatē
aeris ⁊ malitiā cibi ⁊ eius eſſentiā ex genere piſciū
⁊ carne ſalita ⁊ carne groſſa ⁊ carnibus aſinor ⁊ lēti
bus (liceat eniz mihi ipſius Aui. v̄ba quāuis bar-
bare ſcripta. maioris tamē fidei gratia referr̄) omnia
inquā hec Aui. verba ſunt ex Galeno de elephātia
ſi eo quo nuꝑ dixim⁹ libro loquēte trāſlata. Quid
q̄ niſi Galenus ꝑ elephātiaſin morbū quē diximus
intellexerit illud ſequetur abſurdum Galenum me
dicorum facile principē qui tot de medicina volu-
mina tam accurate taꝫ copioſe conſcripſit: nullaꝫ de
eo morbo qui reliquos omnes magnitudine ſupe-
rat quē nos vulgo lepram appellamus in ſuis libris
feciſſe mētionem. Galeni autē libros intelligo quos
idem auctor in propria lingua ſcriptos reliquit. naꝫ
in his quos vel ex greca vel ex arabica lingua tranſ-
latos habemus plurima eſt in hoc verbo lepra am-
biguitas: quoniam aliquādo tranſlator vbi elephan
tiaſin in greco Galeni Codice ſcriptuz inuenit le-
pram eſt interpretatus: vbi vero lepram nihil imuta
uit. ſed eodē vſus eſt verbo cum tamen apud gre-
cos auctores alius morbus ſit lepra alius elephan-
tiaſis. Lepra enim (vt īquit Galenus in libro de tu-
moribus cōtra naturam) paſſio ſolius cutis eſt: q̄
ō elephātiaſi dici nō pōtcū ī eo morbo q Elephan
tiaſis a grecis noīat̄ nō mō cutis ſꝫ carnes ēt atqꝫ oſ
ſa: vt Celſus quoqꝫ teſtatur plerunqꝫ vitiētur. Q̄
ſi quis pertinaciter tueri velit eundē eſſe morbum
quem greci lepram atqꝫ arabes itidē nominent: vi-
deat quid ipſum concedere oporteat hoc ſcilꝫ eſum
viperarum quo nullum eſſe preſtantius remedium
aduerſus lepram medici omnes vno ore conſentiūt
quodqꝫ inter nobilia medicamenta cōtra leprā Aui
cēna numerat non modo non ſanare id malum: ſed
inſuꝑ generare. Galenus enim lib. xj. de ſimplici me
dicina duorum meminit elephantiaſi morbo laborā
tiū qui ex eſu carnium viperinarū in leprā inciderūt
quare neceſſariū eſt dicere aliū eſſe morbū a Gale-
no ⁊ ceteris grecis lepra vocet̄ aliū q ab Aui. ac medi
cis iunioribus eodē nomine nuncupetur. Quid le-

Leprā aliud ſignificat̄ apō grecos aliud apud medicos iuniores.

pra nomen ſignificet apud arabes ⁊ medicos iunio-
res q arabum doctrinā magna ex parte ſequunt̄ ne
mo niſi hebes: atqꝫ omnino obtuſus ignorat: qd ve
ro apud grecos ſiue latinos veteres grecos imitan-
tes multi etiā neſciūt eruditi: vnde data eſt errori oc
caſio: vt diuerſar linguarum ſignificata diſtinguere
neſcientes: vel elephātiaſin nō eſſe leprā de quo ſcri
bit Aui. vł nō ſimpliciter leprā ſꝫ quādā lepre ſpēꝫ
exiſtimauerint. Nos v̄o elephātiaſin idē eē ꝙ lepra
de qua

de qua agit Aui. atq; ab altero morbo diuerſa3 quē Gale. leprā nomīat exiſtimamus: idq; videmur multis rōnibus ex ipſius morbi ſumptis eſſentia demōſtraſſe. Age vero etiā ex vi nominū quibus idē morbus nūcupatur argumētemur neq; .n. tantū elephātiaſis ſed preterea ſatyriaſis apud grecos nominat' licet verbū ſatyriaſis p priapiſmo quandoq; apud eoſdē grecos accipiatur. Nomen aūt elephantiaſis tractum eſt a ſimilitudine elephantis quoniā (vt inquit Gale. ſexto de cauſis accidentiū) qui hoc morbo laborant carnē habent nigrā ⁊ tuberibus plena3 qualis eſt cutis elephātum. Nōnulli elephantiaſin ob morbi magnitudinē qui nulli fere remedio ſuccumbit dictā exiſtimant. Quidā ob id qd ſicut elephas preceteris animalibus diutiſſime viuit ita hic humor longiſſimus eſt que quidē omnes pprietates nulli alij morbo magis cōueniunt quā illi quem nos vulgo leprā nominamus. Sed ⁊ ſatyriaſis idē morbus a grecis vocatur quoniā eo affecti facie3 ſimilē ſatyris habent naſu3 ſimum craſſa labra aures leuigatas vt ſcribit Gale. libro ſcdo de cauſis morbo4 ac preterea alio libro qui de tumoribus contra naturā inſcribitur quo etiā in loco aſpectu horribiles ⁊ male olentes ſatyriaſi3 patientes oſtendit que omnes note morbū illum quē leprā vulgo dicimus minimo minus ante oculos ponunt. Quāquam vero efficacibus rōnibus tu3 ex morbi eſſentia atq; appellatione tum etiā ex ſenſu ſumptis pbauerimus nihil aliud eſſe elephantiaſin apud grecos quā morbum quē arabes nominātt leprā ſiue quid aliud qd ipſis leprā ſignificet idem tamē arabes vt antea admonuimus p elephātiaſin nō eūdem quē greci morbum ſed crurū potius ac pedum tumorē imodicum intelligunt qd facile eſt ipſis pmittēdum quādoquidem vt ſepe Gale. precipit non eſt de nominibus a medicis litigādum niſi idē auctores nō ſolū nomina ſed res ipſas quoq; cōfunderēt cu3 videat' Aui. libro tertio vbi agit de elephātiaſi ſumpta p tumore pedum nōnulla dicere que etiam Galenus de elephantiaſi in eo accepta quo greci capiunt ſignificatu libro ſiquidem qui de nigra colera apud latinos inſcribitur. Galenus inquit ex eodem fieri humore elephantiaſin atq; varices qui quidem humor primu3 rubidus apparet deinde nigreſcit. Idem de ſua elephantiaſi refert Auicēna ⁊ ſicuti Galenus ac Paulus elephantiaſin ad rubidum colorem declinante3 minus malam arbitrantur ita Auicēna ſubrubram elephantiaſin nigra cenſet eſſe incolumiorem ⁊ quia Dioſcorides ſcribit cedream hoc eſt gumi illud ex cedro arbore fluens quod arabes vocant alchitram licet Simon Genuenſis id verbum arabicum picem liquidam latine interpretetur q2 inquam Dioſcorides auctor eſt cedream iuuare elephantiacos: ſi ligatur aut iniungatur poſtmodum Auicēna de eodem remedio contra elephantiaſin hoc eſt tumore3 (ſic enim ipſe id verbum accipit) crurum vel pedū ita ſcribit dicitur q alchitran confert inuiſcatum ⁊ linitum. Raſis quoq; qui elephantiaſin in eodē quo Auicēna accipit ſignificatu na3 ⁊ in Almanſore ⁊ in diuiſionibus ſeorſum de lepra ⁊ ſeparatim de elephantiaſi tāq; de morbis differētibus tractat idem tamen auctor libro duodecimo Continētis in quo agit de crurum vitijs quibus annumerat elephantē de vitio elephantis plurima ſcribit que etiam Galenus varijs in locis de elephātiaſi imo vero Raſis ipſe Galenum allegat in libro de cholera nigra ita ſcribētem. Vitium elephantis ⁊ varices fiunt ex humore nigro qd niſi fuerit cum eis caliditas nō erunt intenſe malicie ex vehementi quoq; declinatione ad coleram nigram purā fit vitium elephātis. Similē fere ſentētiam vt antea ex parte notauimus ſcripſit Auicēna libro tertio capite illo quo vna de elephātiaſi ac de varicibus agit qui quidem Auicēna partim Galenum partim Raſim in eodem capite videtur imitatus. Multa autem remedia que greci tradunt contra elephantiaſin pro lepra ſumpta3 ſcribit Raſis libro quem diximus contra vitium elephantis vbi de pedum aut crurum vitijs tantum dixerit veluti ex Galeni auctoritate plantaginem quam etiā Celſus ad elephantiaſin precipue commendat. Ex Dioſcoridis itidem auctoritate ad vitium elephantis laudat Raſis fel hircinum atq; mentaſtru3. Longum eſſet ſi multa alia velle3 enarrare que greci atq; arabes quamuis de morbi eſſentia differentes de elephantiaſi tamē ſimiliter tradiderūt. Quod ſiquis forte tam Auicēnam quam etiam Raſim ea ratione tueatur quod crurum pedum ve tumorem que3 elephantiaſin nominarunt non lepram ſed tantum lepre principium iudicauerint atq; ideo diuerſis nominibus alio ſcilicet lepram alio lepre principium nuncupare voluerint vt morbi in ſua tempora diuiſionem non improbamus ita illos duas eiuſde3 morbi partes non debuiſſe diuerſas facere ſpecies vel etiam genera omnino contendimus quod maxime feciſſe videtur Auicenna qui de elephantiaſi libro tertio de lepra vero egit in quarto tanto ſcilicet interuallo vt videatur elephantiaſin diſtinctum omnino genus a lepra putauiſſe cum preſertim idem Auicēna elephantiaſin nō vti Galenus inter figure morbos ſed quātitatis potius libro primo collocauerit. Et hec quide3 de prima opinione longus forte quā decuit q2 tamen eſt in ipſa precipue Ferrarie diſputatum nos hoc in loco abundantius diſſeruimus.

Unde tractu3 ſit nomen elephātiaſis.

Satyriaſis ⁊ vnde dicta ſit.

Cōfuſſio arabu3 in morbo q elephātiaſis nominatur.

Auicēna.

Cedrea.

Simonē male alchitrā picem liquidā interpretati.

Raſis

Celſus

Auicēnā ponere elephātiaſin inter morbos quātitatis Galenu3 vero. Figure. Lepram.

IAm ad alteram opinionem que morbum Gallicum eſſe lichenas aſſerit cōfutandam veniamus. Hanc opinione3 eſſe falſam ita colligitur. Lichen eſt morbus ille qui latine dicitur impetigo vulgo aute3 volatica. Morbus gallicus non eſt impetigo ſiue volatica. igitur morbo gallicus non eſt lichen. Qd morbus gallicus non ſit impetigo ſiue volatica: que fuit noſtri ſyllogiſmi minor propoſitio tam imperiti q

Lichena apud grecos eſſe morbum qui a latinis impetigo nominaẽ vulgo aũt volatica dicitur.

Caſſius felix.

etiã periti ipſo ſenſu monſtrante nouerunt. Quare
id ſolum oſtendere oportet quod malum greci Li-
chena vocant nos latino vocabulo impetiginem no
minare ⁊ quod docti impetiginem vulgus volati-
cam nuncupare. Qui vero poſſumus melius iſta ꝓ
bare ꝙ Caſſij felicis auctoritate: cuius auctoris hec
ſunt que a Simone genuenſi allegantur verba. Im
petigo greci lichenas dicunt latini zemas naſcitur
ex melancholico humore rotundo ſchemate in ſu-
perficie cutis cum ingenti prurítu: quis non videat
his verbis morbum quem vulgato nomine volati-
cam vocitamus deſignari: Plures quoqꝫ medici
iuniores in quorum numero Nicholaus eſt atque
etiam Gentilis ſiue quicunqꝫ is eſt cuius expoſitio
nes in Fen ſeptimam libri quarti Auicẽne haben-
tur impreſſe ſentire videntur impetiginem eſſe vo-
laticam ⁊ allegant alios idem ſentientes quãuis vi-
deatur Raſis vigeſimoquinto Continentis putauiſ
ſe impetiginem eſſe tineam ſiccam de qua opinio-
ne poſtea dicetur. Eundem vero morbum eẽ apud
latinos impetiginem qui ſit lichen apud grecos pre
ter Caſſij felicis auctoritatem etiam ratione proba-
tur. Que enim remedia Galenus ⁊ Paulus om-
neſqꝫ greci auctores contra lichenas notauere eadẽ
fere contra impetiginem a Quinto Serenio. Raſi
atqꝫ Auicẽna ſcribuntur neque hi arabes auctores
aliter generari impetiginem quaꝫ greci lichenas do
cuerunt. Sunt autem lichenes ⁊ lepra (ſi lepram eo
modo quo ante a grecis capi docuimꝰ intelligamꝰ)
ſolius cutis paſſiones. Peior tamen eſt lepra quaꝫ
lichenes. nam (vt Paulus ⁊ Galenus teſtantur)
lichenes ſi diu perſeuerauerint tandẽ in lepram con
uertuntur. maior enim eſt cutis feditas ⁊ deſquama
tio in lepra. ꝙ in lichenibus. Tantam tamẽ habẽt li-
chenes ⁊ lepra nature cognationem vt credere poſ-
ſim hos duos morbos apud diuerſos auctores in-
uicem nomina mutuari. nam que de impetigine ſcri
bit Celſus ea potius lepre conueniunt. Videtur .n.
idem Celſus ſicuti lepram impetiginem ita liche-
nas. papulas latine nomiaſſe. quod ex quãplurimis
que alij de lichenibus ipſe de papulis retulit colli-
gere poſſumus Quemadmodum .n. a Caſſio feli-
ce ſcribitur lichenas naſci rotundo ſchemate .i. figu
ra in ſuperficie cutis cum ingenti prurítu ⁊ aſperita
te atqꝫ vbi id malum ſerpere ceperit ſerpiginem di-
ci ita ⁊ Celſus ait alterum papularum genus ꝑ mi-
nimas puſtulas cutim exaſperare. rodere. ⁊ eandem
ſerpere atqꝫ vt id vitium rotundum incipit ita in or-
bem procedere ⁊ quod greci dicunt ex lichenibus
diuturnis fieri lepram. Celſus de quadaꝫ ſpecie pa
pularum ideꝫ pronunciat ꝙ niſi cito auferatur in im
petiginem vertitur ⁊ ſicuti greci quoſdam lichenas
agrius ideſt feros nominant: eodẽ modo Celſus al
teram papularum ſpeciem agria ideſt feram ab eiſ-
dem grecis appellari teſtatur. Deniqꝫ quod leui pa
pule Celſus remedium precipit vt ſcilicet ieiuna ſa

Herba muralis. ⁊ altera eiuſdẽ effectus ꝗ a grecis lichẽ appellatur.

Pandectariꝰ hoc loco ſprobatur.

liua quotidie defricetur idem greci adhibẽt licheni
bus puerorum qui quidẽ curationis modus argu-
mẽto eẽ poteſt lichenas eſſe morbum quem vulgo
volaticam nominamus aduerſus quam noſtro quo
qꝫ tempore muliercule circa puerorum mala ſanan-
da ꝓcipue ſollicite nullam magis ꝑſentaneam noue
re medicinam quam ieiunam ſaliuam. Sed ⁊ eodẽ
Celſo auctore maior papula murali herba commo-
diſſime tollitur quam quidẽ herbam greci vt Cel-
ſus quoqꝫ libro .iij. teſtatur parthenicẽ ⁊ perditium
nominant. latini vero quia in parietinis naſcitur alio
nomine parietariam appellant. vulgus ob eum quẽ
in vaſis vitreis abſtergẽdis exhibet vſum vitriolū
vt minus mirandum ſit hanc ipſam herbam liche-
nas ſua vi abſterſoria ſanare. Eſt tamen ⁊ altera her
ba ipſa quoqꝫ in muris. ſed maxime ſaxis humectis
proueniẽs a ſimili vi effectuqꝫ lichen a grecis nomi
nata quam noſtri temporis medici neſcio qua du-
cti ratione vel vſu hepaticam vocitarunt: neqꝫ enim
vſquam apud celebrem auctorẽ vel grecum vel ara
bem legitur lichenem herbam hepati vtileꝫ eſſe. vn
de pre ceteris hepatica dici meruerit. Quod vero
Pandectarius ſcripſit ex Serapionis atqꝫ Galeni
(vt videtur) auctoritate valere hanc herbam con-
tra ſplenis atqꝫ hepatis obſtructiones ⁊ contra om-
nem hepatis egritudinem hi quidẽ lichenis effe-
ctus neqꝫ a Galeno neqꝫ a Serapione vſquam ſcri
pti leguntur. ſi vero Pandectarius illos ex ſua pro
tulit opinione minus illi hac in parte credendũ quo
niam hanc ipſam herbam quam greci lichena vo-
cant tanta nominum confuſione obſcurauit vt que
tandẽ herba ſit neqꝫ alij ex verbis eius ſcire liqui-
do poſſint neqꝫ ipſe ſciuiſſe videatur cum enim de
licena ſiue lichene egiſſet in littera .a. vbi eam arabi
ce ainec latine muſcum vel vſne vocari docet poſt-
modum in ſequẽti fere capite agẽs de eadẽ herba
lichene licet videatur non animaduertere eam ara-
bice azemalſaret inquit appellari latine vero hepa-
ticam. Eandem vero eſſe hanc ipſam hepaticam cũ
ea quam greci lichena nominant indicant ille que
Azemalſaret ſiue (vt Pãdectarius interpretatur)
hepatice a Serapione ex Galeni ac Dioſcoridis
auctoritate tribuuntur ſunt enim quas iidẽ aucto-
res in ſuis de ſimplici medicina libris licheni her-
be ſubſcripſere. Neqꝫ vero contentus Pandecta
rius ex vna herba feciſſe duas. poſtmodum in litte-
ra .l. eandẽ herbam ter geminauit. De lichene ſiqui
dẽ ſub proprio vocabulo egit ⁊ limum terre latine
vocauit. Iudicẽt ergo legẽtes quanta ſit homini fi-
des habẽda qui herbam eandẽ modo muſcuꝫ. mo-
do hepaticam. modo limum terre latine nominat nõ

Errare Pandectarium

ſolum varia nomina ſed rem quoqꝫ que tamen vna
erat diuerſas opinatus. Quod ſi quis lichenẽ her-
bam prodeſſe hepati ea ratione contẽdat quoniam
de ipſa ſcribit Serapio ex Dioſcoridis auctoritate
ꝙ ictericis confert. morbus autẽ qui icterus nomi-
natur

Dioſcorides.

natur plurimum hepatis vitio oriatur is etiam Dioſcoride docēte diſcat non intra ſumptam ad vitium ipſum tollendum: ſed extra adhibitam potius ad colorem ſcilicet naturalem ictericis reſtituendum herbam lichenē a medicis peritioribus commēdari qđ

Mala tranſlatio Serapionis.

verba ipſa Dioſcoridis aperte demonſtrant neqꝫ enim cum melle conſectam atqꝫ comeſtam vt verba Serapionis male dioſcoridem interpretantis vidētur innuere ſed cum melle illinitā potius lichenē iuuare ictericos idem Dioſcorides ſcribit. Nō eſt autem a ratione alienum hanc ipſam herbam que (vt inquit Galenus) plurimum valet abſtergēdo ſicuti lichenas ita alteram cutis in ictericis feditatem delere. Sed poſtquā de vera hepatica hoc in loco diſputatur

Error gētilis qui herbam vulgo ſoldanā vocatā putauit eē cachilē apđ Serapionē.

ſimilis error Gentilis medici noſtra quoqꝫ etate celeberrimi haud quaquam eſt diſſimulandus qui hanc iuuandi Hepar prerogatiuam cuidā Herbe in littoribus maris naſcentis quam alij ſoldanam alij per diminutionem ſoldanellam nominant in quodam conſilio tribuit in quo etiam herbam a pluribus ſoldanam vocatam ſcribit cachileꝫ ab arabibus nominari de qua itidem cachile refert Serapio ex Iſaac Ebenaram auctoritate ꝙ debilitati hepatis confert. Sed quod tanti viri pace dicere liceat fallitur ſua opinione Gentilis neqꝫ.n. herba vulgo ſoldana ſeu ſoldanella vocata ē apud arabes cachile: ſiquidē herba cachile folio naſturtij vel vſne deſcribitur a Serapione. Neutra autem ſimilitudo ſoldane conuenit quam ſcimus habere folia hedere folijs fere ſimilia que quantum a naſturtio atqꝫ vſne diſcrepent indicent illi qui haſce herbas aliquando oculis ſunt contemplati.

Naſturtiū vulgo agritti. Vſneꝫ eē herbā cali. grece lephrion dictam.

Naſturtiuꝫ quidem cum ſit herba hortenſis vulgo agriti nominata puto omnibus notam. Vſne autem (vt inquit Serapio) eſt herba cali. Simon vero de cali ita ſcribit. Cali eſt planta in littoribus maris naſcens ſimilis vermiculari pinguis ⁊ ſalſa. Ego hanc puto a grecis lephrion nominari licet Auctor Pandectarum antiphyllon pro telephio corrupte ſcripſerit quo etiam ductus errore vſne facit anthyllidis ſpeciem: cum tamen anthyllis alia herba ſit a telephio vel vſne.

Error Pandectarij. Que naꝫ ſit vā hepatica. Gal. lib. vj. de ſimplici medicina: ⁊ libro de antidotis

Si qua vero herba ſit vt ad propoſitum noſtrum reuertamur que ob excellentem iuuandi hepar proprietatem nomine hepatica debeat inſigniri illa profecto eſt eupatorium. que etiam inde apud grecos videtur nominata ꝙ bona ſit hepati: quanquam Plinius ab Eupatore potius inuentore dictam exiſtimat. de hac enim ſcribit Galenus lib. ſexto de ſimplici medicina. ꝙ hepatis obſtructiones expurgat atqꝫ inſup hepar ipm corroborat. In libro vero qui de antidotis inſcribitur ideꝫ Galenus ita de eadeꝫ herba ait. Affectum hepar ſepius herba eupatorium efficaciter iuuit ſicuti mirabolanus lienem. Saxifraga autem atqꝫ Betonica renes. Non tamen quod ⁊ alibi monuimus ad hūc effectum ſumenda eſt herba illa vulgaris paſſim in foſſatis naſcens que magno noſtre etatis errore pro vera eupatorio recipitur neqꝫ enim illi he note conueniunt quibus nobis veram eupatorium Dioſcorides deſignauit. Quod ſiquis forte a me exigat vt que nam ſit vera eupatorium aperiam quod in priore libello de Plinij ac medicoruꝫ erroribus inſcripto diſtuli manifeſtare dicam tantundem quid ſentiam ſi prius illud quod in eodem libello etiam antea oſtendi. declarauero ſemp fuiſſe aliquos in veris medicinarum nominibus etiam prioris ſeculi errores qui vſqꝫ ad noſtra tempora ſunt propagati. nā quia plures ſuperiore quoqꝫ etate imperiti colore decepti metallum id quod peritiores cinabarim nominarunt eſſe draconis ſanguinem crediderūt atqꝫ ideo non cinabarim ſed potius draconis ſanguineꝫ idem metallum nuncuparunt nos quoqꝫ priſcā ſeruantes conſuetudinem ita vocamus idem in herba eupatorio contingit hanc enim multi veteres quos Dioſcorides notat putarunt eſſe veram argemoniū cum tamē hec ſit ab eupatorio diuerſa qui error ad nos etiam permanauit herba enim que eſt vera eupatorium a pluribus creditur eſſe Argemoniū atqꝫ ideo corrupto vocabulo paſſim Agrimonia nominatur.

Argemoniū corrupto vocabulo agrimnia.

Quam quidem rem miror a multis non fuiſſe animaduerſam cum (vt alio ſcripſimus loco) herba eupatorium paſſim naſcatur ſic vero a dioſcoride ⁊ Plinio dioſcorideꝫ imitante deſcribitur vt pene ſub aſpectum poni videatur. Hec eſt Dioſcoridis in eadem herba Deſcriptio eupatorium herba eſt fruticoſa virgam vnam attollens rectam: lignoſam: tenuem: nigram: hirſutam: cubitalem: vel etiam maiorem folia per interualla diuiſe in quinqꝫ maxime partes vel plures ſimilia folijs pentaphylli vel canabis potius ⁊ ipſa quoqꝫ ſubnigra ſerratim inciſa perambitum. Semen vero medio cauli ad naſcitur ſub hirſutum vergens ad inferiora ita vt exiccatum veſtibus adhereſcat in qua quidem deſcriptione ea herba pingitur quam aliqui ab illa adhereſcēdi natura. quam fructui tribuit Dioſcorides lappulam nominarunt nos vulgo agrimoniam vocitam⁹.

Deſcriptio eupatorij apđ dioſcoridē. ⁊ quo nōie eadē herba a nřis vocet manifeſtatio.

Sed ⁊ alia que in eupatorio deſcribuntur caulis. ſ. lignoſus: nigricās: hirſut⁹ cubitalis aliqñ altitudīs folia ſimilia canabi vel pentaphyllo ita herbe vulgo vocat agrimonia quadrant vt hanc eſſe veram eupatorium nemo niſi ab ortu nature cecus non agnoſcat: vnde etiam duplex ſeculi noſtri error deprehēditur alter ꝙ herbam a veteribus eupatorium nominatam pro vera agrimonio recipimus. Alter ꝙ p eupatorio herbā vulgareꝫ de qua nulla ſit a priſcis auctoribus mentio nulla niſi vel ratione vel auctoritate ad vſum medicine frequenter adhibemus. Sꝫ hec quidem quamuis forte a noſtro propoſito qui morbum gallicum potius quam herbas intendimus explanare longe aliena iuuande tamen morta-

Lapula vulgo agrimōia

litatis gratia que hactenus in veris remedijs dignoſcendis hallucinatur obiter ſunt exarata. Iam ad ꝓpoſitum reuertamur quo probare intendebamus:

Morbū a grecis lichenas dictum a Celſo papulas nominari.

quod malum greci lichenas dicunt a Celſo papulas nominari ſicuti quod iidem greci lepra dicunt a Celſo etiam impetiginem nuncupari hoc enī poſſit vel ex ipſorum morborum definitionibus demōſtrari: nam lichen in libro qui ori iatrici ideſt definitiones medicinales inſcribitur definitur ſiue liber ille Galeni fuerit vt titulus per ſe fert ſiue alterius non multum a Galeni placitis diſſentientis.

Quid lichē ⁊ lepra.

Lichen eſt aſperitas cutis cum magno pruritu. Lepra vero hoc pacto. Lepra eſt transmutatio cutis ad contrarium nature habitum cum aſperitate dolore atqꝫ pruritu ⁊ ſquamarum reſolutione ⁊ quandoqꝫ vnā quandoque plures corporis partes depaſcitur. Celſus quoqꝫ tam in papulis ꝙ etiam in impetigine cutim exaſperari innuit. Impetigini vero hoc proprium tribuit ꝙ in ea ſquamule reſoluuntur ⁊ hoc quidem fieri in qualibet impetigine ſicuti etiaꝫ omnem eius ſpeciem oriri in pedibus ⁊ manibus atqꝫ vngues quoqꝫ infeſtare idem Celſus teſtificatur: quod poſtremum dictum vel ipſum probare queat nihil aliud ſignificare impetiginem apud Celſum quam lepram cum non ſolum greci auctores: ſed Plinius quoqꝫ auctor Romanus vngues leproſos ſepiſſime nominat Auicēna ⁊ ipſe impetiginem

Quid Aui. ītelligat per īpetiginē excorticatā ⁊ nō excorticatā.

ita diuidens quod alia ſit non excorticata alia excorticata per impetiginem non excorticatam papulas apud Celſum lichenas vero apud grecos videtur ſignificare ſicuti per impetiginem excorticatam id quod Celſus vocat ſimpliciter impetiginem greci vero lepram. Sunt autem hec Auicenne de impetigine excorticata verba. Et de impetigine eſt excorticata propter vehementiam ſiccitatis ⁊ multitudinem profunditatis ⁊ eſt ſicuti albaras nigra ⁊ ſicuti cortices. Eſt autem hic dubitatione dignum cur Auicenna hoc in loco impetiginem excorticataꝫ dixerit eſſe ſicuti albaras nigram qui tamen in alio capite ſuperiore albaras nigram ita definierat.

Albaras nigra.

Albaras nigra eſt impetigo excorticatiua ⁊ eſt ſcabioſitas accidens aſpera vehemens ⁊ facit ſquamas ſicuti piſcium cum pruritu ⁊ eſt propter humorē melancholicum inhibentem de eo quod eſt iuxta ea inhibitione fortiore ꝙ in colore imprimat tantum. hec quidem Auicenna eſt autem (vt dixi) dubitanduꝫ ſi albaras nigra eſt impetigo excorticatiua vt hoc in loco inquit Auicenna quo pacto erit ſicuti albaras

Impetigo excorticatiua.

nigra quemadmodum ſcribit inferius quod enim eſt ſicuti alterum non idem videtur eſſe. Nos vero hanc dubitationem ita ſoluimus. Grecos a quibus arabes omnia iſta acceperunt duo habere vocabula germanos morbos ſignificantia lepram ſcilicet ⁊ pſoram atque ideo he due paſſiones propter nature proximitatem a Paulo eginita ſimul deſcribuntur in hanc ſentētiam

Lepra pſora.

Lepra: ⁊ pſora ſunt in ſuperficie cutis aſperitates cum pruritu ⁊ reſolutione ex melancholico humore ortum habentes, ſed lepra quidem cutem profundius depaſcitur in orbeꝫ procedens atqꝫ in ea quedam veluti ſquamule reſoluuntur. Pſora vero magis in ſummo conſiſtit: varijſqꝫ modis figuratur ⁊ furfuracea corpora abijcit. Lepra igitur apud Paulum eſt impetigo excorticatiua apud Auicēnam ſicuti impetigo non excorticata apud eundem Auicēnam eſt lichen apud grecos vt etiam ſupra monſtrauimus. Albaras autem nigra eſt Paulo eginite pſora: quam quidem albaras nigram Auicēna ab impetigine excorticatiua ſeperauit cum loco quaſi differentie adiunxit ⁊ eſt ſcabioſitas accidens ⁊ reliqua quod verbum adiunctū indicio eſt tantuꝫ importare Auicēne albaras nigrā quātum in grecis auctoribus pſora. hoc. n. verbuꝫ arabes in ſua lingua baras interpretātur quod patet ex

Raſis

verbis Raſis que libro. xxv. continentis capite illo quo agit de paſſionibus vnguium in hunc modum ſcripta leguntur. Dixit Galenus expertus ſum cātharides ⁊ inueni ꝙ ſanāt vnguiū baras ſi de eis fiat illinitio cum ceroto. Huius vero remedij ſufficiētēꝫ ſe habuiſſe experiētiam ad vngues pſorā patiētes ſcribit Gal. lib. xj. de ſimplici medicina. Ut vero primū noſtri inſtituti propoſitum tandē abſoluamus.

Lepra ⁊ pſora ſolius cuti paſſiōes.

Cuꝫ lepra ac pſora ſolius ſint cutis affectus vt ex eaꝝ definitionibus ꝯſtat ac fere ſine dolore in quibus ſquamule tātū ⁊ cortices furfuri ſimiles emittūtur nō autē puſtule eminētiores quoddā veluti virus ſtillantes quāte ac quales in morbo Gallico apparēt excitētur morbum gallicū non eſſe lichenas ſi etiā lichenes cū lepra vt apud Aui. atqꝫ ipſuꝫ forte Pli. ꝯfundant tā rōne quā ſenſu ipſo adſtipulāte dēmōſtrat.

Poſtquam ſatis (vt apparet) ꝓbauim⁹ morbū gallicum non eſſe lichenas ſiue impetiginē magnam etiam eius opinionis partē que eūdem morbum eſſe aſafati aſſerit vnā videmur deſtruxiſſe qm̄ arabes ſaſati atqꝫ lichenas ꝓ eodē morbo non nūqꝫ accipiunt eſt enim (vt inquit Aui.) impetigo nō lōginqua a ſaſati niſi cum re occulta ⁊ pertranſit vt ſit aſaſati ſicca impetigo malignior.

Raſis

Raſis quoqꝫ quod ⁊ antea notauimus ſcribit in vigeſimoquinto continētis putare ſe impetiginē eſſe tineā ſiccaꝫ quaſi diceret ſaſati ſiccā videtur eniꝫ hoc verbū ſaſati apud arabes duo tinee genera ſignificare alteram ſiccam: alterā humidā. Non diſtinguūt autem iidē arabes tineam ſiccam ab impetigine ea ratione fortaſſis ꝙ ſimiles impetigini diſpōnes ſicuti faciē ac collum: ita ſummam capitis partem frequēter infeſtant. Idcirco Auicēna iiſdem remedijs vtitur etiam ad ſaſati quibus paulus ad lichenas ſiue impetiginē ſtercore ſcilicet lacerti ⁊ ſtercore turdorum proprie comedentium orizam, quamuis Paulus aues illas veſcētes

veſcentes oryza non turdos ſed ſturnos potius
nominet de quo arabum ac precipue Auicenne er-
rore turdos pro ſturnis ſepe ponentium alibi dixi-
Error ara-bũ ac ꝓci-pue Aui. ponẽtiũ turdos ꝓ ſturnis.
mus. Quod vero Auicenna etiam ſaphati pro ti-
nea nõ modo ſicca veluti aliquando raſis ſed etiam
humida accipiat ille oſtẽdunt medicine quibus vti-
tur Auicenna ad ſaphati humidam. tucia. ſ. climia ⁊
chimolea: ⁊ charta combuſta cũ aceto ⁊ gummi pi-
ni cum balauſtijs ⁊ aceto ⁊ oleo roſaceo hec enim
omnia fere Paulus eginita ad faui. i. cuiuſdam ſpe-
Meſue.
ciei tinee humide ita noĩate adhibet curationẽ. Me-
ſue quoq; Galenum allegat ſcribentem multos ſe
ſanaſſe qui ſaphati patiebantur linimento chartarũ
combuſtarum tritarum ⁊ cum aceto temperatarum
Hoc autem medicamento Galenus libro primo ꝺ
eẽ tractatuũ q memiri inſcribit apõ arabes ad acho-
ras. i. alteꝝ hũide tinee ſpẽ vſuꝫ ſe fuiſſe teſtat̃ quã
ẽt tinee ſpẽ raſis in libro diuiſionum ſaphati noĩat
ſcribens. n. de altera ſpecie quaꝫ greci ceriõ nos fa-
uũ appellamus ait ꝙ eius foramen ẽ latius ⁊ mai⁹ fo-
ramine ſaſati que ſunt Galeni ac Pauli v̄ba achoo-
ras ⁊ fauum ex foraminum magnitudine diſtinguẽ-
tium. Idem Raſis in libro de egritudinibus puero-
rum alteram tinee ſpeciem que fauus ſiue (vt ipſe
inquit) fauoſitas mellis vocatur etiam ſaſati nomi-
ne arabico nuncupauit hec enim ſunt eius verba.
Paſſio que dicitur fauoſitas eſt ſpecies ſaſati. In
almanſore etiam habetur capitulum de ſaſai vel ſa-
ſati que ſunt vt ibi exponitur vlcera capitis haben-
tia cruſtas. Uſq; adeo auteꝫ raſis ſaſati capitis mor-
bis addixit vt vigeſimoquinto continentis quod ẽt
teſtatur. Nicolus ſaſati capitis impetiginem nomi-
nauerit qui itidem nicolus de ſaſati ⁊ tinea vna agit
⁊ ſaſati ideſt tinee vt ipſe etiam exponit plures mo-
dos enumerat ex Galeni in primo memiri ⁊ libro ꝺ
Apõ aui. oẽs ſaphati ſpẽs eẽ cutis capitis paſſiones.
apoſtematibus auctoritate. Apud Auicennam etiã
omnes ſaſati ſpecies ſunt cutis capitis paſſiones nã
ſaſati incipiens que eſt (vt Auicenna inquit) bo-
tor parue fere leues diuiſe in numeratione locorum
deinde exulcerãtes nihil aliud ſunt niſi exanthema-
ta ideſt puſtule quas ſcribit Paulus rubidi eſſe co-
loris ⁊ aſperas ſummam capitis partem exulceran-
tes. Sirẽgi vero que eſt ſpecies ſaſati humide apõ
Auicennam eſt cerion ideſt fauus apud grecos ad
quam (vt diximus antea) Auicenna ſcribit eadem
remedia que Paulus vt videatur verbum grecũ
cerion in ſirengi apud Auicennam eſſe deprauatuꝫ
Quid pſidracia. Paulus ⁊ Alexander.
ſicuti forte pſydracia in balciati ſiue vt alij ſcribunt
raciati alteram ſaſati ſpecie. Sunt autem pſidracia:
vt Paulus atq; alexander exponunt puſtule ſuper
cutem capitis eminentes. Uerbum autem balciati
puſtulas tales apud Auicennam ſignificare indicãt
ipſius Auicenne verba ſequentia que ita ſe habent
Et balciati quidem eſt de genere ſaſati male ⁊ quã-
doq; eſt cauſa eius morſus ſicuti ſciniſes maligni ẽ
autem verbũ ſciniſes eque hoc in loco a verbo gre-
co conopes deformatum cuius quidem verbi quã-
tumlibet vitiati ſignificatum pandectarius intelle-
xit non tamen ſcripturam emendauit. ſed corruptũ
vocabulum ita vt inuenit expoſuit hoc modo. Sci-
niſes ideſt quedam muſca parua quaſi effugiens vi-
ſionem habens aculeum acutum ⁊ alio nomine vo-
catur culex culicis ⁊ idiomate noſtro vocatur ſenza-
la vnde declinatur hoc ſciniſes genitiuo huius ſcini-
ſes indeclinabile. Hec pandectarius non magna cũ
elegantia ſed fide tamen nam ꝙ nomen ſciniſes ſit i-
declinabile oſtendit modus ipſe loquendi⁹ Auicen-
ne cum inquit morſus ſicuti ſciniſes maligni eſt eni
ſciniſes caſus genitiui. Quod vero conopis ſeu cu-
licis morſus in cute verticis vel faciei tales puſtu-
las excitet. quales diximus a Paulo atq; Alexan-
dro medicis pſydracia nominari loca habitantes in
quibus plurimus eſt eius inſecti prouentus magno
ſui tedio plerũq; experiuntur. Tantam autem fieri
grecorum nominum vel morbos vel animalia ſigni-
ficantium in libris Auicẽne tranſformationem quã-
tam hoc in loco inſinuauimus vnuſquiſq; mihi faci-
le credet qui in ſecundo eiuſdem auctoris volumi-
ne equalem vel etiam aliquando maiorem in nomi-
Multa noĩa herbaꝝ ꝺp̃rauata apõ Aui.
nibus medicinarum factam animaduertit. Cum ibi-
dem cochium pro phocha. i. vitulo marino Chei-
chen pro cancamo. i. gũmi quodam odorato. aſtrati-
ſus pro aſteraticus ideſt herba inguinaria. bacche ꝓ
becio ideſt tuſſilagiſe bilonium mel pro aphare pro
pelio pepelio heblili pro peplo herbis earundem
virium altera tamen portulace hortenſi altera rute ſi-
milibus. gueguers ꝓ cenchro. i. milio ſucutuꝫ ꝓ ſym-
phito. i. ꝯſolida herba tephiſie ꝓ thapſia ⁊ mille alie
grecorũ verborum corruptiones inueniantur quas
vix puto poſſe intelligi ſine auctorum grecoruꝫ qui
Errores Aui. i. thapſia ⁊ ſymphito herba.
medicinã poſteris tradidere cognitione quã ⁊ Aui.
tãtus alioq medicie magiſter in eis calligat aliqñ vt
cũ tehiſie. i. gũmi rute agreſtis qõ nuſq̃ luciẽt expõit
ſucutũ vero ſempuiuã vel ſpẽꝫ feminis mandrago-
re ſecũdũ duas opiniones. vtrãq; tamẽ falſam inter-
pretatur. Qua quidem nominuꝫ obſcuritate neſcio
quid poſſit eſſe in medicine opere periculoſius quã-
do ex ea non modo alterum pro altero morbum cu-
rari. ſed alia etiam pro alijs remedia exhiberi contin-
Laus Aldi Romani.
gat. Quo circa nunquã ſatis laudari poſſet Aldus
Manucius Romanus Uir non minoreꝫ ingenio
q̃ doctrina qui ſua induſtria atq; labore oẽꝫ grecoꝝ
ſapiẽtiã grãmaticã poeticã oratoriã philoſophiã ⁊
medicinã ẽt inumeroſis voluminibus curat impri-
mẽdã q tot doctiſſimoꝝ hoĩum lucubratiões q̃ non
multis poſt ãnis erãt ïteriture. ita reficit atq; reſtau-
rat vt nulla vnq̃ poſſint tẽpoꝝ vetuſtate aboleri di-
gnus profecto immortalitate qui tam multis viris ꝓ-
Alluatiꝫ.
ſtãtibus dat eternitatẽ. Alluatim vero de quo poſt
ſaſati ſpẽs Auicẽna facit mentionẽ quoniam crurũ
nõ capitis vlcera eſſe dicunt̃ iõ neq; ſaſati ab eodẽ
Aui. cognominant̃ q̃re neq; ad p̃ñtem diſputationẽ

videnť pertinere qua tantũ probare intẽdimus morbũ gallicũ nõ eſſe ſaſati. Illud tñ a nobis obiter dicetur alluatim verbũ eſſe arabicum corrupte hoc loco pro albotim ſcriptũ ſic.n.legitur ⁊ nõ alluatiz in codice arabico Auicẽne. Significat aũt albotiz in arabum lingua arborẽ terenbinthũ ex qua naſcitur reſina terebẽthina vnde ⁊ gluten albotim noĩe ꝑtim latino ꝑtim arabico a medicis iunioribus eadẽ reſina nomĩatur. Sed ⁊ idem arabes albotiz vocãt quedã genera puſtulaꝝ ſimiliũ fructui arboris terebinthi a qua pariter ſimilitudine greci quoqꝫ ãteq̄ arabes eaſdez puſtulas terminthus vocauere. Sũt aũt veluti vlcera parua lentis magnitudine vel nõ grandiora faba colore internigrũ ac viridẽ quãuis ⁊ qualis eſt etiã fructus a quo nomẽ tam apud grecos q̄ ẽt apõ arabes habuerũt. De his ãt vt arbitror vna cũ ſpeciebus ſaſati egit Auicẽna qm̄ he quoqꝫ ſicuti ſaſati in ſumma corporis cute naſcunť vt paulus eginita q de terminthis ſcripſit ex Dioſcoridis alexandriẽſis auctoritate teſtatum reliquit. Sed de eiſdez etiaz libro tertio capite de bothor nomĩatis bothim ipſe Auicẽna pleni⁹ erat executus his verbis. Hec bothor apparẽt in crure nigre quaſi ipſe ſint fructus tamaricis aut grana virida magna ⁊ materia eaꝝ eſt materia varicum ⁊ cura eaꝝ ex ꝑte mũdificationis ẽ cura varicũ vlceꝝ melãcholicorum quo qdẽ verba Auicẽne nihil aliud oſtẽdẽtia q̄ qõ libro.iiij.capite de ſaſati circa finẽ de alluatim idẽ Auicẽna ſpãliter ſcribit ꝙ videlicet alluatiz ſunt vlcera melãcholica que apꝑent in crure ex eadẽ materia ex qua fiũt varices ⁊ appropinquat cura eius curationi eaꝝ illud ẽt luce clarius manifeſtãt verbũ alluati libro.iiij.male ꝑ albotiz poſitũ ⁊ has puſtulas botiz noĩatas eaſdẽ eſſe cũ illis quas greci terminthus appellãt a ſimilitudine vt diximus fructus arboris terebinthi q fructus apud arabes granũ viride noĩatur hoc.n.ẽ qõ dicit Aui.capite libri tertij nuꝑ allegato eſſe eas quaſi fruct⁹ tamaricis aut grana virida magna.ideo aũt Auic. addidit magna q: ſicuti duplex eſt arbor terebinth⁹ fructifera feminla vtraqꝫ nã maſcula ẽ ſine fructu ita fructus diuerſificatur alter enim eſt magnitudine lentis alter vero grãdior faba: vt diximus hic autẽ eſt quẽ Aui.magnũ vocat ad alteꝝ equalez lenti cõparatũ. Hec igitur ſi vera ſunt (vt certe vera eſſe exiſtimamus) nõ parũ illi decipiunť q alluati quartã faciũt ſaſati ſpẽm quiqꝫ ſaſati nõ tã cutis caput integẽtis quãtũ faciei morbũ eſſe arbitranť quo ẽt errore ducti videť q morbũ gallicũ ſaſati eſſe opinantur qm̄ hic morbus ceteris ꝑtibus ſub veſte latentibus vulnus hoſum euidẽtius oſtendit. Eiuſdẽ vero erroris auctores aiũt ex.j.libro Galeni de decẽ tractatibus ſuos ſe ſermones ſumpſiſſe neqꝫ animaduertunt ꝙ idem auctor de morbis faciei nõ primo libro ſed quinto tantũ illorum tractatuũ ediſſerit ſic.n.rectus ordo exigebat vt primum a caluarie morbis incboarat de quibus ſolis in.j.libro ꝑtractat deinde ad ea que in aurib⁹ in oculis atqꝫ in tota facie oriuntur mala deſcendẽs ſingula in proprijs tractatibus declararet vt vel ex his que ipſi concedũt illud probari poſſit ſaſati eſſe ſolus verticis paſſionẽ quãdo a Galeno in.j.libro decẽ tractatuũ de ſaſati agitur. Sed ⁊ achores ⁊ faui ⁊ pſydracia ⁊ ex anthemata ⁊ quicũqꝫ eodẽ libro capitis morbi a Galeno cõnumerantur vel tinea ſunt vel tinee ſimiles ſeditates ſumpto tamẽ tinee vocabulo in eo quo medici iuniores capiunt ſignificatu. Quod niſi Auicẽna hec oĩa ſub ſaſati nomine in ſuis libris cõprenderit vane videbitur gloriatus quicqd ſuo operi fuerit ſuꝑadditũ eſſe incõprenſibile cuz nuſq̄ aliter de tinea aut his tinee affinibus affectibus egerit. Quãq̄ vero ſaſati proprium capitis morbum ſtatuerimus nõ tamẽ ignoramus morbũ etiã certe parti corporis peculiarẽ poſſe alijs aliquãdo cõicari qd ẽt innuit Aui, ingens ſaſati plurimum in capite fieri. Nos quoqꝫ vt medici de his que magna ex ꝑte nõ aũt raro aut ſemꝑ eueniũt hoc in loco diſſerimus. Poſſumus ergo ita colligere. Cũ morbus gallicus nõ ſit impetigo vt etiã antea probauimus neqꝫ vero tiea qm̄ hic ⁊ ei cõpares morbi vt in capite fiunt ita a capite incipiunt: morbus aũt Gallicus primũ ſui ortũ habet ab obſcenis tã morbũ gallicũ differe a ſaſati quantũ caput ab inguine quacunqꝫ alia corporis parte eſt exiſtimandum.

Duo ſignifica ta verbi albotiz apõ arabes.

Tarminthus.

Hic notatur Bartholome⁹ cognomẽto Montagnana.

Achores faui pſydracia exanthemata.

Contra vero illos qui dicunt morbũ gallicũ eſſe prunã vel ignẽ ꝑſicũ ſiue ſacrũ nõ eodẽ mõ vt cõtra ceteras opiniones poſſumus argumẽtari cũ tanta ſit apud arabes ⁊ medicos iuniores de pruna ⁊ igne ꝑſico vł ſacro ambiguitas quãta fere de hoc ipſo morbo de quo in preſentia diſputamus. Alij.n.prunã atqꝫ carbonẽ nõ idẽ malũ ſed diuerſa potius opinãtur cuz tamen qõ ab Auicẽna pruna dicitur a Galeno libro xiiij.artis curatiue ⁊ multis alijs in locis carbo latie ſicuti anthrax grece nomictur. Alij q: ãuis anthrax idem grecis ſignificẽt quod carbo latinis differre tamen anthracem a carbone ea ratione arbitrãtur quoniã antrax fiat ex materia maligniore ⁊ magis aduſta quam illa ex qua carbo generatur nec defuere qui ita deſiparent vt verbo greco latinam parent deriuationez anthracem ab antro dictum exiſtimantes quoniam (vt inquiũt) intra concauitatem habet abſconſam. Non abſqꝫ omni tamen ratione quidam moti videntur vt inter anthracem atqꝫ carbonem ſiue prunam differentiam ſtatuerent cum viderent inde Auicennam de Altoim quem ipſi anthracem interpretãtur vno capite agentem, poſtmoduz altero capite de pruna tractantem tanquam de morbo ab altoim ſiue anthrace diuerſo inde Raſim in libro diuiſionum de igne perſico primum mox de anthrace ſeorſum ſcripſiſſe. Ego tñ illos qui iter carbonem ſiue prunã atqꝫ anthracẽ faciũt differẽtiã libẽter īterrogãtez nũqd Gale. de anthrace in eo quẽ ipſi ſub hoc verbo intelligũt

De pruna igne perſico ⁊ anthrace diſputatio.

Altoim.

bo intelligunt ſignificatu vſquā fecerit mentionem
tantū enim morbū ac magis ꝙ ceteros exitialē latuiſ
ſe Galenū atqȝ ideo neqȝ in lib. quartodecimo artis
curatiue neqȝ in ſcōo ad Glauconē neqȝ in libro de
tumoribus ꝯ nām nuſꝙ deniqȝ ab ipſo fuiſſe nomi
natū pene ridiculū ſuſpicari qđ ſi Gal. ⁊ de pruna đ
qua agit Aui. ⁊ de anthrace peſtifero ſub eodē noīe
Anthrace vȝ libr. xiiij. artis curatiue tractaſſe dicat
quoniam anthracē fieri aliqñ in epidemia eodē ī lo
co Galenus teſtat nōne hoc idem de pruna. ⁊ igne
pſico refert Aui. his verbis. Et quandoqȝ accidunt
iſta cauſa peſtilentie. Talis ergo pruna atqȝ altoiȝ ſi
ue anthrax minime differēt atqȝ hoc pacto Auicen.
de eodem tumore peſtifero ſub varijs nominibus
pruna ſcilicet atqȝ altoim fruſtra ī duobus egiſſe lo-
cis iudicabitur niſi forte dixerimus altoim quidem
eſſe anthracē nō omni tempore. ſed ſolum peſtilen-
te neqȝ in omni parte corporis ſed tantum in glandu
loſo ac precipue inguinibus ortum quando ⁊ ipſe
Aui. hoc idem videtur inſinuare ita ſcribens. Anti
quiſſimi antiquorum nominauerunt nomine. quod
tranſlatū ē in arabico altoim omne apoſtema eueni-
ens in mēbris glandinoſe carnis aut alibiū hec eniȝ
eſt verior lectio ꝙ altera alibi ſiquidē verbū alibium
ſignificat apud arabes inguen. vnde ⁊ herba ingui-
naria quā greci bubonion nomināt apud arabes ali
bium nūcupatur licet pandectarius ſecutus Sera-
pionis errorem heringium a bubonio ſiue herba in
guinaria nō diſtinguētis alibiū heringium interpre
tatur. Voluiſſe aūt Aui. lib. iiij. vbi de altoim ſcribit
de hoc tumore agere qui precipue in inguinib⁹ na-
ſcit facile coniecturabit vnuſquiſqȝ qui inuicē ver
